(*a*) Suppoſez que la durée du lever des ſignes ſoit uniformément de deux heures. Si l'on connoît le degré du ſigne où ſe trouve le ſoleil, & qu'on obſerve celui qui ſe lève à quelqu'inſtant que ce ſoit de la nuit; la différence entre ces deux degrés, réduite en temps, donnera l'heure de la nuit. Telle eſt, ſuivant Hipparque, la ſubſtance du raiſonnement d'Aratus. Mais la ſuppoſition de deux heures pour la durée du lever de chaque ſigne, eſt une ſuppoſition fauſſe, comme le remarque Hipparque, & comme Manilius le prouve, L. III, v. 224 & ſuiv.

Extulit, extemplo cedit delapsa corona;
Et loca convisit cauda tenus infera piscis.
Dimidiam retinens stellis distincta corona
Partem etiam superà, atque alia de parte repulsa est:
Quam tamen insequitur piscis, nec totus ad umbras
Tractus, sed supero contectus corpore cedit:
Atque humeros usque à genibus, clarumque recondit
Anguitenens validis magnum à cervicibus anguem.
Jam verò arctophylax non æquâ parte secatur:
Nam brevior clara cœli de parte videtur;
Amplior infernas depulsus possidet umbras.
Quattuor hic obiens secum deducere signa
Signifero solet ex orbi; tum seriùs ille,
Cùm superâ sese satiavit luce, recedit,
Post mediam labens claro cum corpore noctem.
Hæc obscura tenens convestit sidera tellus.
At parte ex alia claris cum lucibus errat
Orion, humeris & lato pectore fulgens,
Et dextrà retinens non cassum luminis ensem.
Sed cùm de terris vis est patefacta leonis,
Omnia, quæ cancer præclaro detulit ortu,

ſes feux; la couronne commence à deſcendre ſous terre, le poiſſon (auſtral) ſe cache dans la partie inférieure du ciel, ſa queue ſeule reſte viſible : une partie de la couronne fait encore briller ſes étoiles, l'autre moitié a diſparu : il en eſt de même du poiſſon, il ne ſe cèle pas totalement ; ſes parties antérieures ſont ſeules entrées dans l'ombre (*a*). Le brillant ſerpentaire nous cache pareillement ſes genoux, & ſon corps juſqu'aux épaules, ainſi que la tête & le cou lumineux de ſon ſerpent. L'horizon partage le bouvier en deux parties inégales; la plus petite jouit encore de la lumière, la plus grande eſt deſcendue au ſéjour des ténèbres: le coucher de cette conſtellation concourt avec le lever de quatre ſignes céleſtes: enfin pleinement raſſaſiée de la lumière dont elle a joui dans notre hémiſphère, elle ſe retire & diſparoît totalement après le milieu de la nuit (*b*). Tels ſont les aſtériſmes qui deſcendent ſous terre au lever de l'écreviſſe. D'un autre côté Orion commence à nous montrer les belles étoiles qui parent ſes épaules, ſon baudrier & ſon épée fulminante, qui n'eſt point dépourvue d'éclat.

Lorſque le terrible lion ſe lève, les conſtellations qui ſe couchoient au lever de l'écreviſſe, achèvent de

---

(*a*) Nous avertiſſons, une fois pour toutes, que ſelon Cicéron, qui en cela ſuit fidèlement Aratus, les étoiles entrent dans l'ombre, dans la nuit, dans les ténèbres, quand elles ſe couchent, & qu'au contraire elles revoient le jour, elles ſont rendues à la lumière, quand elles remontent ſur l'horizon.

(*b*) Ceci ſuppoſe que le bouvier a commencé à ſe coucher à l'entrée de la nuit.

Cedunt obscurata ; simul vis magna aquilaï
Pellitur, ac flexo confidens corpore Nixus
Jam supero fermè depulsus lumine cedit :
Sed lævum genus, atque illustrem linquit in altum
Plantam. Tum contra exoritur clarum caput hydræ,
Et lepus & Procyon, qui sese fervidus infert
Ante canem ; inde canis vestigia prima videntur.
Non pauca è cœlo depellens signa, repente
Exoritur candens illustri lumine virgo.
Cedit clara fides Cyllenia, mergitur undâ
Delphinus, simul obtegitur depulsa sagitta,
Atque avis ad summam caudam, primasque recedit
Pinnas, & magnus pariter delabitur amnis.
Hic equus à capite, & longa cervice latescit.
Longiùs exoritur jam claro corpore serpens ;
Crateráque tenus lucet mortalibus hydra.
Inde pedes canis ostendit jam posteriores,
Et post ipse trahit claro cum lumine puppim.
Insequitur labens per cœli limina navis ;

V. 622. Vet. cod. Turn. Grot. *vis magna aquilaï* : ceteri, *vis major aquari*. Patric. è quodam exemplari, *vis major aëti*. Ἀετὸς Græcè aquila est ; sed secundam corripit.

descendre sous l'horizon ; l'aigle est chassée du ciel ; le corps fléchi de l'agenouillé, banni de l'hémisphère supérieur, disparoît presqu'entièrement ; son genou droit & son pied lumineux sont cependant encore visibles. A l'opposite on voit paroître la tête étoilée de l'hydre, le lièvre & Procyon ardent de se produire avant le grand chien ; enfin celui-ci montre ses premières pattes.

La vierge paroît, ornée de belles étoiles, & chasse du ciel plusieurs constellations : la lyre brillante de Mercure se retire, le dauphin est replongé dans les eaux, la flèche cesse de luire, le cygne cache les premières plumes de sa queue, & le grand fleuve de l'Eridan coule sous terre, la tête & le long cou du cheval cessent de paroître. Une plus vaste partie de l'hydre est maintenant au-dessus de l'horizon, on la voit jusqu'à la coupe (*a*) : le grand chien montre ses pattes de derrière, & traîne après lui la poupe rayonnante de l'Argo, qui se présente à la porte du ciel ; & lorsque la vierge

(*a*) Nous ne traduisons pas l'*inde* de Cicéron : cette particule signifieroit que les pattes de derriere du grand chien se lèveroient après toute la partie de l'hydre qui s'étend jusqu'à la coupe ; & Aratus insinue clairement le contraire. Hipparque relève assez d'erreurs, échappées à notre poete, dans toute cette doctrine de la concomitance du lever & du coucher des constellations extrazodiacales avec le lever des douze signes, sans que nous cherchions à lui en attribuer d'autres, qui lui sont absolument étrangères. Les particules *inde*, *denique*, *adeò*

Et cum jam toto proceſſit corpore virgo,
Hæc medium oſtendit radiato ſtipite malum.
At cùm procedunt obſcuro corpore chelæ,
Exiſtit pariter larga cum luce bootès,
Cujus in adverſo eſt arcturus corpore fixus;
Totaque jam ſuperà fulgens prolabitur argo,
Hydraque, quòd latè cœlo diſperſa tenetur,
Nondum tota patet; nam caudam contegit umbra.
Anguitenens autem renovatâ luce refulget.
Jam dextrum genus, & decoratam lumine ſuram
Erigit ille vocans vulgato nomine Nixus,
Qui fidis Arcadicæ ſemper confinia tangit:
Quem nocte extinctum atque exortum vidimus unà
Perſæpe, ut parvum tranans geminaverit orbem.
Hic genus & ſuram cum chelis erigit altè:
Ipſe autem præceps obſcurâ nocte tenetur,
Dum nepa & arcitenens inviſant lumina cœli:
Nam ſecum medium pandet nepa; tollere verò
In cœlum totum exoriens conabitur arcus.
Hic tribus elatus cum ſignis, corpore toto
Lucet: at exoritur media de parte corona,
Caudaque centauri extremo candore refulget.

est entièrement levée, le navire a déjà fait paroître la moitié de son mât.

Lorsque les serres obscures sortent de l'horizon, le bouvier déploie pareillement tout son éclat, & surtout sa belle étoile Arcturus, qui lui est inviolablement adhérente. Tout l'Argo a passé dans la partie supérieure du ciel. L'hydre est trop étendue, elle ne paroît pas encore en entier, sa queue reste cachée dans l'ombre. Le serpentaire au contraire, rappelé au jour, reprend son éclat. Cet agenouillé, voisin de la lyre Arcadienne, & qui n'a point encore de nom connu, nous montre son genou droit & sa jambe brillante. Nous voyons souvent cet inconnu se cacher & reparoître dans le cours d'une même nuit, l'arc qu'il parcourt sous l'horizon étant de peu d'étendue. Sa jambe seule & son genou se lèvent avec les serres; le reste de son corps est enveloppé des ténèbres de la nuit, jusqu'à ce que le scorpion & le sagittaire revoient la lumière du ciel; le scorpion nous en ramènera la moitié, & le sagittaire nous le fera revoir en entier: trois signes s'emploient pour redonner à la terre cette constellation. Le lever des serres est de plus accompagné de celui de la moitié de la couronne, & l'extrémité de la queue du centaure paroît en même-temps. Le cheval se plonge

& semblables, ne sont souvent, dans les Aratées de Cicéron, que des particules explétives, employées comme de simples transitions, ainsi que l'a remarqué Grotius.

Hìc se jam totum cæcas equus abdit in umbras,
Quem rutilâ fulgens plumâ prætervolat ales.
Occidit Andromedæ clarum caput, & fera pistrix
Labitur, horribiles epulas funesta requirens.
Hanc contrà Cepheus non cessat tendere palmas:
Illa usque ad spinam mergens se cærula condit.
At Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat.
Cùm verò vis est vehemens exorta nepaï,
Latè fusa volans in terras labitur unda;
Orionque metu perculsus conditur unà.
Pace hujus liceat causam explicuisse timoris,
Virgo, tuâ: mihi quæso veni placata, Diana.
Hæc fama est hominum, hæc per terras fama vagatur,
Ut quondam Orion manibus violasse Dianam
Dicitur, excelsis errans in collibus amens,
Quos tenet Ægeo defixa in gurgite Chius
Bacchica, quam viridi convestit tegmine vitis.
Ille feras vecors amenti corde necabat,
Œnopionis avens epulas ornare nitentes.
At verò, pedibus subitò perculsa Dianæ,

V. 676. *Grot. Vi quondam Orion.*

V. 681. Omnes, *perculsa* : Turn. fortè meliùs, *percussa.*

alors en entier ſous l'horizon, & le cygne déployant ſes ailes argentines, vole bientôt après lui. La tête étincelante d'Andromède ſe couche, & la farouche baleine deſcend ſous terre preſſée par l'avidité qu'elle a de dévorer ſa proie. Céphée étend les mains vers ſa fille, *& l'encourage :* la baleine s'enfonce juſqu'à l'épine du dos, & Céphée plonge ſa tête, ſes mains & ſes épaules.

Au lever du brûlant ſcorpion, toute l'eau de l'Eridan s'écoule ſous terre, & la frayeur oblige Orion à ſe cacher. Qu'il me ſoit permis, chaſte Diane, d'expoſer le principe de cette frayeur; daignez, grande déeſſe, être propice à mes chants. On a dit, & ce bruit eſt univerſellement répandu, qu'Orion avoit oſé porter une main ſacrilège ſur Diane. Il erroit alors ſur les hautes collines de Chio, île de la mer Egée, favoriſée de Bacchus, & couverte de vignes extrêmement fertiles. La bête fauve, toute eſpèce de gibier tomboit ſous ſes flèches redoutables; c'étoit autant de délices qu'il préparoit pour la table ſomptueuſe d'Œnopion (*a*). Mais Diane frappe du pied la terre; l'île ſe

---

(*a*) Roi de Chio, avec lequel Orion étoit lié d'une étroite amitié : quelques-uns diſent au contraire qu'Orion ayant voulu violer la fille d'Œnopion, celui-ci lui fit crever les yeux; mais Apollon lui rendit la vue. On n'eſt pas plus d'accord ſur la nature de ſon crime. Suivant les uns, chaſſant avec Diane, il tenta de la violer : ſelon d'autres il avoit abattu une forêt conſacrée à cette déeſſe.

Insula discessit, disjectaque saxa revellens
Perculit, & cæcas lustravit luce lacunas:
E quibus ingenti existit cum corpore præ se
Scorpius infestus, præportans flebile acumen.
Hic valido cupidè venantem perculit ictu,
Mortiferum in venas figens per vulnera virus:
Ille gravi moriens constravit corpore terram.
Quare cùm magnis sese nepa lucibus effert,
Orion fugiens commendat corpora terris.
Tum verò fugit Andromeda & Neptunia pistrix
Tota latet; cedit converso corpore Cepheus,
Extremas medio contingens corpore terras.
Hic caput & superas potis est demergere partes;
Infera lumborum numquam convestiet umbra:
Nam retinent arctoi lustrantes lumine suras.
Labitur illa simul gnatam lacrymosa requirens
Cassiepia, neque ex cœlo depulsa decorè
Fertur: nam verso contingens vertice primùm
Terras, post humeris, eversâ sede, refertur.
Hanc illi tribuunt pœnam Nereïdes almæ,
Cum quibus, ut perhibent, ausa est contendere formâ.
Hæc obit inclinata: at pars exorta coronæ est

divise,

divise, les rochers roulent sur les rochers, d'horribles cavernes reçoivent le jour pour la première fois; il en sort un scorpion furieux & monstrueux, armé d'un funeste aiguillon. Orion étoit occupé de sa chasse; le scorpion le pique, & fait couler dans ses veines un poison mortel: Orion expirant presse la terre du poids de son vaste corps. En conséquence, il fuit & se cache sous terre, dès qu'il voit paroître à son opposite les étoiles lumineuses du scorpion. Andromède disparoît aussi, & la baleine est entièrement plongée dans son élément naturel. Céphée, la tête en bas, rase la terre avec sa ceinture; sa tête & les parties supérieures de son corps peuvent seules pénétrer l'horizon; l'ombre n'atteindra jamais jusqu'aux parties inférieures; les ourses les éclairent de trop près. Cassiopée, les yeux baignés de larmes, court chercher sa fille sous les ombres, & ce n'est point honorablement qu'elle est chassée du ciel: elle est précipitée la tête la première, les épaules suivent, & sa chaise est renversée sur elle (*a*). Les Néréides, dit-on, l'ont soumise à cette peine, en punition de ce qu'elle avoit osé disputer de beauté avec ces déesses. Elle se couche donc renversée, & en même-temps l'autre moitié de la couronne se lève, ainsi que

---

(*a*) Sur les globes célestes, Cassiopée est représentée assise sur un siège qu'on nomme *chaise de Cassiopée*. On lui met de plus une palme à la main. Cette constellation ne se couche pas à Paris: & même il n'y a plus que sa tête & ses épaules qui descendent sous l'horizon des côtes les plus méridionales de la Grèce.

Altera, cum caudaque omnis jam panditur hydra.
At caput, & totum sese centaurus opacis
Eripit è tenebris linquens vestigia parva
Antepedum contecta: simul tum lumina pandit:
Ipse feram dextrâ retinet. *Sed cetera magni*
Expectant arcûs ortum. Prolabitur inde
Anguitenens capite & manibus: profert simul anguis
Jam caput, & summum flexo de corpore lumen.
Hic ille exoritur converso corpore Nixus,
Alvum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans,
Et dextrâ radios læto cum lumine jactans.
Inde sagittipotens superas convisere luces
Institit, & prodit Nixi caput, & simul effert
Sese clara fides, & promit pectore Cepheus.
Fervidus ille canis toto cum corpore cedit.
Abditur Orion, obit & lepus abditus umbrâ;
Inferiora cadunt Aurigæ lumina lapsu.
Inde obiens capricornus ab alto culmine pellit

V. 714. Vet. cod. *gestans* pro *lustrans*.

V. 717. *Prodit*, in vul. *mergit*, quod falsum est & contra Aratum. Vel lege cum Grotio *Institit*, *emergit*; aut potius cum Turnebo, *Instat & emergit*.

la queue de l'hydre, qui paroît enfin toute entière sur l'horizon. La tête du centaure & son corps entier quittent le séjour des ténèbres, une légère partie de ses pieds antérieurs reste seule cachée : on voit devant lui la bête sauvage qu'il saisit de sa main droite. Ce que nous ne voyons pas encore de cet astérisme se levera avec le sagittaire. La tête & les mains du serpentaire paroissent aussi avec le scorpion ; & le serpent montre sa tête & la courbure de son cou lumineux. L'agenouillé, dont les pieds sont déjà sur l'horizon, présente du côté de l'orient son ventre, ses cuisses, ses épaules, sa poitrine, & de sa droite il lance des rayons propices vers la terre.

Le sagittaire a voulu jouir de la lumière céleste, & la tête de l'agenouillé paroît. La lyre brillante se montre en même-temps, & l'on revoit la poitrine de Céphée ; le chien bouillant disparoît entièrement, *ce qui restoit d'*Orion *au-dessus de l'horizon* descend au-dessous, le lièvre se précipite dans l'ombre, & les étoiles les moins élevées du cocher disparoissent (*a*).

Le capricorne commençant sa course, chasse du ciel le cocher, la chèvre que celui-ci porte sur ses épaules,

(*a*) Patricius, fondé sur l'édition d'Alde, place ici les vers 727, 728. En effet, suivant Aratus, que Cicéron abrège fort, « le lièvre se précipite dans l'ombre : mais les chevreaux » & la chèvre qui décorent la main du cocher, & qui ont » tant d'efficace pour exciter des tempêtes lorsqu'ils se lèvent » avec le soleil, ne se couchent pas encore : les parties infé- » rieures du cocher disparoissent seules ; les autres attendent » le lever du capricorne. Persée a pareillement disparu, ainsi » que les mâts brillans de l'Argo. Persée laisse cependant son

Aurigam, instantemque capram, parvos simul hœdos;
Et magnam antiquo depellit nomine navem.
Obruitur Procyon. Emergunt alite lapsu
E terris volucres. Existit clara sagitta.
Crus dextrumque pedem linquens obit infera Perseus
In loca, tum cedens à puppi linquitur Argo.
At postquam superum convisit aquarius orbem,
Australisque aræ surgit sanctissima sedes;
Seque humero & pedibus primis equus exerit altè;
Centauri oppositam devolvit ad infera caudam
Nox, caput, & latos humeros, & pectora magna
Non potis obscurare; & hydræ quæ proxima collo est
Subducit spiram, rutilantiaque ora recondit.
Cetera sed longum radianti lumine perstant,
Nec priùs à superis cedunt, cum semifero, oris
Omnia, quàm surgant geminato corpore pisces.
Surgit & Ægoceri vicinus ab æquore piscis,
Parte aliâ expectans instantis sideris ortum:
Sic humeri Andromedæ, & cum lassis inclyta palmis
Crura bipartito signorum tempore surgunt.
Cùm primùm planis pisces orientur ab undis,
Andromedes dextras dabitur tibi cernere partes.

les chevreaux, & le navire si célèbre par le nom dont l'antiquité l'a décoré. Procyon est mis en fuite. Les deux oiseaux (*a*) revolent vers nous; la flèche ailée reprend vie; Persée descend sous l'horizon, laissant sa cuisse & son pied droit au-dessus. Enfin la poupe de l'Argo ne précède plus ce navire.

Mais dès que le verseau reparoît au ciel supérieur, l'autel sacré monte sur l'horizon, le cheval montre son épaule & ses pieds. A l'opposite, la nuit plonge dans ses ténèbres la queue du centaure: mais elle ne ternit pas encore sa tête, ses larges épaules & sa vaste poitrine: la tête brillante de l'hydre & le nœud le plus voisin de son cou ne sont plus visibles.

Les autres parties de l'hydre & du centaure continuent de lancer leurs feux, & ne quittent l'hémisphère supérieur qu'au lever du double signe des poissons. Le poisson (*b*), voisin du capricorne, commence à quitter le sein de la mer; son lever total n'aura cependant lieu qu'avec celui du signe suivant. Les deux signes se partagent pareillement le lever des épaules d'Andromède, de ses mains fatiguées des chaînes qui les retiennent, & enfin de ses jambes. Toutes les parties qui sont à droite commencent à paroître, lorsque les poissons sortent des ondes.

» genou & son pied droit sur l'horizon. Au lever du capri» corne, toute la poupe disparoît. Procyon, &c ». Et il n'est plus fait mention ni de Persée, ni de l'Argo.

(*a*) L'aigle & le cygne.

(*b*) Le poisson austral.

At lævas aries, linquens inferna locorum,
Ostendit terris. Illo sub tempore fermè
Hesperii servantem aram confinia ponti,
Perseaque usque humeros eoa in parte videbis.
Hoc dubium est, cessansne aries præcordia Persei
Attrahat, an taurus: tauro simul æthera lustrat.
Sed non desinere hæc, tauro exoriente, putarim:
Nam vicina illis aurigæ sidera fulgent,
Quem tamen haud totum dias in luminis auras
Taurus agit, geminis sed enim completur in ipsis.
Sed duplices hædi, & cum planta capra sinistra
Cum bove se tollunt: tunc terga immania pistrix
Erigit, & cœli splendentem in fornice caudam.
Occidit ipse etiam primâ jam parte bootes:
Quattuor hunc lato vix condunt sidera ponto,
Lævaque in occiduæ constans subvolvitur ursæ.

V. 751, 752. Sic ad mentem Arati reddendos fuisse censuerim hos versus.

Non ego crediderim, tauro exoriente, relinqui
Aurigæ quæ vicina illi sidera fulgent.
Hunc tamen haud totum, &c.

V. 760. Pro *constans* legendum crediderim *caudam*, vel *cauda*: vel potius sic versum refingerem.

Lævaque sub magna constans subvolvitur ursa.

Mais tout ce qui eſt à gauche ne ſe lève que lorſque le bélier ſort de l'ombre. C'eſt environ vers ce même temps que vous verrez à l'occident l'autel prêt à ſe plonger dans l'océan. A l'orient Perſée ſe montrera juſqu'aux épaules.

Il n'eſt pas bien décidé, ſi ce ſont les dernières étoiles du bélier, ou ſi c'eſt le taureau qui nous ramène la poitrine de Perſée (*a*) ; il eſt au moins certain que cette conſtellation paroît toute entière avec le taureau. Le cocher eſt trop voiſin du taureau, pour que celui-ci le laiſſe ſous l'horizon quand il ſe lève. Le lever du cocher ne concourt cependant pas totalement avec celui de ce ſigne ; ce n'eſt qu'avec les gemeaux qu'il jouit complètement de la lumière du ciel. Les chevreaux, la chèvre & le pied gauche du cocher ſe lèvent avec le taureau : la baleine préſente en même-temps ſon dos énorme, & ſa queue reluit ſous la voûte céleſte. Le bouvier commence à ſe coucher ; le lever de quatre ſignes conſécutifs ſuffit à peine pour le cacher entièrement : & même ſa main gauche roule toujours ſous la grande ourſe au-deſſus de l'horizon.

(*a*) Hipparque explique ainſi la cauſe de l'incertitude d'Aratus ſur un ſujet qui paroiſſoit n'être ſuſceptible d'aucun doute. Eudoxe avoit composé deux ouvrages intitulés, l'un *les Phénomènes*, l'autre *le Miroir*. Au lever du bélier, Perſée ne paroiſſoit pas encore totalement, ſuivant les *Phénomènes* ; il étoit entièrement levé, ſelon le *Miroir*. Aratus n'avoit d'autre guide qu'Eudoxe : celui-ci diſoit le oui & le non : la queſtion a dû paroître indéciſe à Aratus.

Ambo pedes, usque ad geminum genus anguitenentis;
Cedentes cælo, atque immensa sub æquora lapsi,
Surgentes alibi poterunt monstrare gemellos.
Jam lateri pistrix nulli vicina videtur,
Mox visenda tamen, cùm jam fluvii agmina prima
In medio venient nautæ cernenda profundo,
Qui signum expectans magnum manet Oriona:
Nempe iter ut ratis, & noctis mensura patescat,
Qualia plura hominum generi dî signa dederunt.

V. *764*. Avieni est: mirum, si eum intellexit Grotius. Fors pro *lateri* scripserit Avienus, *latici*. Si versionem Arati nostri ferrent humeri, sic locum illum redderemus.

Non jam prima patet, latitat pars altera ceti;
Totus surrexit. Nunc & fluvii agmina prima
In medio veniunt, &c.

FINIS.

Lorsque l'on voit les pieds & les jambes du serpentaire quitter le ciel & se plonger sous les eaux, c'est un signe certain que les gemeaux se lèvent à l'opposite : la baleine n'est plus coupée en deux par l'horizon; on la voit toute entière. Le navigateur fendant les flots de la mer, découvre les premières étoiles du fleuve : il en conclut l'arrivée prochaine de la belle constellation d'Orion; elle lui sera utile pour déterminer la route de son vaisseau, & l'heure de la nuit. C'est en faveur des hommes que les dieux ont placé au ciel ces sortes de signaux (*a*).

(*a*) Dans ces deux derniers articles nous avons été quelquefois obligés d'abandonner la version de Grotius, pour suivre le texte d'Aratus. Voyez nos notes latines.

FIN.



NOTÆ CRITICÆ
IN MANILII TEXTUM.

IN LIBRUM I.

V. 1. *Divinas artes*, divinatrices interpretatur Sc. quo sensu apud Horatium cornix dicitur Imbrium *divina* avis imminentum. Maluimus accedere Salmasio & Fayo, quibus *divinæ artes* sunt *artes cœlestes*. Porro carmine sidera sibi mundo, id est, cœlo deducenda dicit Manilius: nec mirum, cùm dixerit Virgilius Ecl. VIII, 69.

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

V. 6. *Hospita sacra ferens, nulli memorata priorum. Hospita*, id est peregrina, Heliconi ignota, nondum ipsi oblata, aiunt Sc. F. & alii. Cum illud vocabulum *Hospita*, quoties apud latinos poëtas reperitur, toties ferè diverso sensu, qui tamen ad hospitium referatur, accipiendum esse videatur; eo nomine significari posse credidimus sacra, quæ apud Heliconem in amicum hospitium admitterentur. Porro sacra illa, quâ ratione tractat ipsa Manilius, id est, quâ parte diversos variant hominum casus, nullus poëtarum sive latinorum, sive etiam græcorum, ante Manilium tractaverat.

V. 18. *Quàque regat generetque.* Hæc ineptè & perverso ordine veniunt, inquit B. quasi prius regeret,

deinde generaret animalia. Mirum hanc à tanto viro propositam objectionem, quasi vinculis illis grammaticis teneri se Musarum lingua pateretur. Instar sexcentorum, quæ ad manum essent, esto satis hoc exemplum è Virgil. Æn. VI, 567. Agitur de Rhadamantho, apud inferos judice.

Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri.

Virgilio fortè dicam scripserit B. quòd integerrimum nobis exhibeat judicem, dolos, priusquam audierit, castigantem.

V. 26. *Quis enim condentibus illis. Condentibus* accipimus pro *abscondentibus*, ut aliàs apud Manilium. Sed hoc ineptum, ait B. non enim abscondunt superi. Fatemur; sed si absconderent, ait Manilius, quis mundum posset cognoscere, subripere, furari? Sensus ille neque ineptus est, neque ineptè à Manilio expressus.

V. 86. *Fecit & ignotis iter in commercia terris.* Legebatur olim, *itiner commercia*. Cascum illud *itiner* exulare, præeunte Gronovio, jussit B. solius Veneti mss. auctoritate fretus: huic addi potest auctoritas Romanæ editionis, in qua, teste Junio, legitur *iter & commercia*.

V. 168. *Phœbus ad occasum.* Sic arguit Manilius: Terra in medio pendet: alioquin sol interdiu ab ortu *ad occasum* non properaret, & noctu non remearet ad ortum. Optimum certè pro temporis illius Philosophia ratiocinium: lectionem ergo veterem meritò retinuimus.

V. 217, 218. *Post medio subjecta polo*, &c. Versus hos duos spurios & ineptos pronuntiat B. *Subjecta*, in-

quit, oportuit *subjectæ*, cùm *terræ* præcesserit. Nobis videtur *quæcumque subjecta* absolutè neutraliterque dici posse pro quibuscumque locis medio cœlo subjectis. At, pergit B. *ultima* pro *denique*, *postremò*, ne latinè quidem. Adverbiis adjectiva posse latinè substitui credimus. Sic infra IV, 559.

Necnon arcitenens *primâ* cum veste resurgit.

Sensus est: cùm vestis arcitenentis *primùm* resurgit. Et v. 571.

Hic tibi nascetur cùm *primus* aquarius exit.

Id est, cùm *primùm* exit aquarius. Et Virg. Æn. VI. 453.

Qualem *primo* qui surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam.

Qui nempe lunam novilunium suum jam prætergressam *primùm* videt. Si *primus*, *a*, *um* adverbii *primùm* locum supplet eleganter apud poëtas, adjectivum *ultimus*, *a*, *um* pro adverbio *ultimùm*, *postremò* latinè potest substitui.

Addit B. Et *volveris alis* monstrosè: quis enim alas lunæ tribuit? Si solem, lunam, stellas per æthera volantes sexcenties nobis exhibet Manilius, cur non & eis alas accommodare potuisset? At, inquit, *volveris alis*, nihil stultius: si alas habet, non volvitur sed volat. Quasi *volvi* sit semper in cœno volutari; quasi primigenia ejus significatio non sit, in orbem moveri. Sidereus orbis sive cœlum *volat* juxta Manilium III, 327. Tantùm inclinabit cœli positura *volantis*. Sed idem *volvitur*, I, 279. Sidereus circa medium quem *volvitur* orbis. Ergo idem volare & volvi non ita stultum est.

V. 237. *Pontus utrosque suis. Ponti* nomine intelligendum hìc esse horizontem credit Sc. quâ de causâ pœnas dedit Huetio *ponti* vocabulum de mari interpretanti. Huetium castigavit B. stans à Scaligeri partibus. *Undarùm* mentione mare potiùs quàm horizon indigitari videretur. Ceterùm de nomine videtur esse quæstio; idem ferè est utrimque sensus. Quòd verò *utrasque* pro *utrosque* legi jubet B. æquissimum esto, si versus 236 proscribatur: sin minùs, legendum *utrosque*, *nos* scilicet & nostrorum antipodum *urbes*.

V. 283. *Nec vero solido.* Legi potest, *è solido.* Præpositionem omittit Virg. Æn. II, 639.

Vos ô quibus integer ævi
Sanguis, aït, solidæque suo stant robore vires.

V. 329 & seq. Hanc lectionem proponit Orv. pag. 254

Serpentem Graiis Ophiuchos nomine dictus
Dividit, atque ingens ingenti corpore corpus
Explicat, & nodos sinuataque terga per orbes
Respicit: ille tamen molli cervice reflexus
Effugit, elusis per laxa volumina palmis.

Jamdudum alterum versum sic legerat Carrio III, 2.

Atque etiam totum ingens corpore corpus
Explicat.

Heringa verò cap. 16.

Ac toto cingentem corpore, &c.

His secundi versûs lectionibus lectionem Bentleianam, Gembl. codicis auctoritate præcipuè moti, præferimus. Quoad ceteros versus, lectiones inter Bentleii & Orvillii, per nos licet, B. L. elige.

V. 389. *Subducto vultu;* quòd fingeretur cœlum respicere, tergo nobis obverso, inquit B. atque ita videtur sensisse Sc. Verùm bonâ magistrorum meorum veniâ quæsierim quis tunc esse possit sensus versûs immediatè sequentis.

V. 412. Notæ in hunc versum addi potest, in hoc poëmate *juvenis* nomine semper aquarium, sagittarium nunquam significari.

V. 448, 449. *Omnia ut æquali*, &c. Hæc erant typis mandata, cùm Bentleii mentem percipere mihi visus sum. Hæ voces, *omnia fulgentia membra*, in quarto casu, reguntur à verbo *Deficiat*, quod reipsa sæpe activum est, & regit, ut aiunt, accusativum personæ: an etiam accusativum rei, præsertim in sensu τȣ̃ deesse, reperisse non memini. Præterea, in Bentleii textu, vox *omnia* nobis saltem videtur otiosa: sensus esset omnibus membris nullum deesse membrum. Si cui minùs hæc arrideant, Bentleii lectionem nostræ anteferat.

V. 573. Turn. l. XXIII, emendat: *Sic tibi* ter *binas Vertex*, &c. Non ita malè. Divisio nempe cœli per circulos parallelos, de quibus hactenus Manilius, fit in senas partes; tres à septentrione, à polo ad arcticum, ab arctico ad tropicum, à tropico ad æquatorem; totidemque ab austro similiter dispositas. Idem Turn. V. 575, legi vellet, *Et ter quinque notat*, &c. quo significarentur quindecim partes quas ex Eudoxo Manilius ab æquatore ad alterutrum polum numerabat.

V. 665. *Aquilamque supinam*, quia tendens in cœ-

lum, ut Jovi fulmen administret, terga nobis obvertit. SM.

V. 712. *Phaethontem.* Ex græco Φαέθων, inquit B. malè per sinaloœpham fecit *Phæton*, quasi græcè esset Φαίθων. Quid si dicamus nullam hìc esse synalœpham, sed anapæstum loco dactyli, ut in illo Horatii, Epist. II, 2, 120. *Vehemens & liquidus.* Aut si synalœpham, seu potius synæresim hìc esse dixeris, cur similem Manilio non permittas, minimè perspicio. Innumera sunt apud optimos poëtas ejusmodi synæreseon exempla: sic apud Virgilium *eodem*, *omnia*, *aureis* dissyllaba sunt, *alvearia*, & apud Horatium *vindemiator*, *Nasidienus* quadrisyllaba, &c.

V. 715. *Luxuriat nitido.* Ita B. ceteri pro *nitido* habent *mundi* vel *mundo.* Litem hìc intentat Burtonus Bentleio, quod non adverterit vocem *mundo* esse nomen adjectivum, cujus proinde sit idem sensus ac adjectivi *nitido.* Sed neque id ullus ante Burtonum adverterat. Nitidum solis currum legi apud Horat. Carm. sæcul. v. 9.

> Alme sol, curru *nitido* diem qui
> Promis & celas.

Currum verò mundum nullibi reperi.

V. 758. *Qui gestat in alite Phœbum. Qui*, juxta B. refertur ad vocem *volucris*, è v. præcedenti. Verùm tunc, ni fallimur, legendum esset, *quæ*: si *qui* legitur, nisi ad Corvinum referri posse non videtur. Pro *qui gestat* rectiùs fortè legeremus, *qui gessit.* Jamdudum Gronovius III, 11, emendandum proposuerat, *quem gessit*

in alite Phœbi. Gessit pro *gestat*, non malè; sed *quem* prò *qui*, & *Phœbi* pro *Phœbum*, non ita feliciter.

V. 776. *Socio per signa Tonante.* Juxta Th. Reinesium in Epist. p. 670, 671, & Henricum Kippingum, Antiqu. Roman. l. III, c. 1, n. 6, non hìc *signa* cœlestia, sed militaria intelligenda sunt, in quibus Jovis & Julii Cæsaris (aut fortè rectiùs Augusti) depictæ imagines ex æquo colebantur.

V. 788. *Sunt etenim.* Ita B. ceteri, *Sunt etiam*: quæ vetus lectio non incongruenter retineri posse videtur; imò retinenda prorsus est, si v. 780 tresque sequentes servantur, & versui apud nos 787, ut Scaligero placuit, postponuntur.

V. 800. *Et cœpta incendia*: mallem, *vix cœpta incendia.*

V. 829. *Ætnamque minantur Olympo.* Sensus est, juxta Voss. Cat. Aquæ calidæ in Œta monte, vel fortè etiam in monte Olympo ébullientes, ei monti incendium incendio Ætnæo simile minantur.

V. 860. *Per funera pacis*; id est, extinctâ pace, juxta Burt. Universa scilicet sollicitudo civium, flagrante pestilentia, pacem aut otium extinxerat; quasi pax & otium hìc unum esse possint. *Belli commercia* pro commerciis seu pactionibus, quæ tempore belli inter hostes fiunt, dixere Virg. Æn. X, 532, & Tacit. Hist. III, 81. Per *caliginem belli* in Stat. Theb. VIII, 502, significatur caligo quæ tempore belli mentibus offunditur, ut quid agendum cuique sit, nemo videat. Per *funera pacis* pariter

pariter intelligimus funera quæ pacis tempore fiebant. Tempore belli multos Atheniensium cecidisse, minimè mirum fuerat; universam ferè civitatem tempore pacis elatam fuisse, fidem omnem superare videbatur. Difficultatem, si quam tamen eò loci suspicari est, declinavit SM. legens

> Qualis Erichthonios *passim* populata colonos
> Extulit antiquas per funera *pestis* Athenas.

IN LIBRUM II.

V. 2. *Et quinquaginta regum regemque, patremque.* Hunc esse Priamum nemo præter Stoeberum negaverit, Priamum, inquam, de quo cecinit Virg. Æn. II, 503.

> Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum.

Reges verò dixit Manilius pro ducibus.

V. 5. *Hectoreamque facem.* Certum est, ex ipso Iliados principio, poëmatis illius argumentum esse iram Achillis. Neque minùs manifestum est eam hìc esse Manilii mentem, ut Iliados & Odysseæ argumenta breviter significet. Hinc Barth. XXIV, 19, legi vellet *Æmoniamque facem, face* Achillis iram metaphoricè significante. Dicemusne Manilium existimasse gratiorem se Romanorum auribus præstiturum, si totam Iliados fabulam ad gentem Iliacam Hectoraque propugnantem potius quàm ad Græcos impugnantes referret?

V. 4, 5. Convenit inter omnes sensum illorum versuum hunc esse; Ulyssem in Odyssea totidem annis jacta-

tum undis exhibet Homerus, quot eumdem ad Trojæ mœnia pugnantem in Iliade repræsentaverat, nempe decem annis. Verùm in eo sensu exprimendo variant propè in infinitum. In prioribus editis legebatur

Erroremque ducis, totidem quem fecerat annis
Instantem bello, geminata per æquora ponto.

In nonnullis tamen pro *æquora* legebatur *agmina*. Hinc B. in Horatium, Carm. l. 1, Od. 6, hanc lectionem decerpserat.

Erroremque ducis, totidem *quot* fecerat annis
Instantem bello, & geminata *pericula* ponto.

Optimè sanè, si non alia lux affulsisset. In Gemblacensi codice sic priorem versum legere est.

Erroremque ducis, totidem *quot vicerat* annis.

Et sic etiam Par. & alii. Inde porro natæ variæ lectiones, quas ut referamus, neque nobis sat otii suppetit, neque utilitatis ullius ratio postulare videtur. In SM. proponitur ea lectio, non omnium pessima, sed à codicum fide plus æquo forsitan abhorrens.

Erroremque ducis, totidem quot vicerat annis
Instantis ponto, *geminatumque æquore bellum*.

Bellum hìc metaphoricè sumi concedimus; sed ut omnibus placeat hæc metaphora veremur. Lectiones Bentleii, ea nempe quam modò retulimus, & illa quam in textu secuti sumus, veram fortè Manilii scripturam non referunt; sed ejus sensum exhibent, ceterisque ceterorum lectionibus antecellunt: quod idem & de ejus lectione versûs septimi dictum esse volumus.

V. 9. *Cujusque ex ore profusos*, &c. Metaphora pro-

sus inepta, inquit Burt. & quæ defendi nequit. Eam non defendemus; probabimus tamen & in Manilio & in Ovidio, Amor. III, eleg. 9.

> Adjice Mæonidem, à quo, ceu fonte perenni,
> Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Vide etiam Longinum sect. 13. Quantam Burtono movisset nauseam tabula illa Galatonis pictoris de quo Ælianus Var. Hist. XIII, 22? Pinxerat Homerum vomentem, ceterosque poëtas, quæ Homerus evomuerat, haurientes.

V. 70. *Hæreretque vagus mundus.* Quis sani capitis, ait B. totum mundum vagum appellaverit? Manilius de stellis in universum loquens, I, 50, *vagas* eas appellat, quòd nempe circa terram perpetuo motu volvantur. Porro juxta Manilium eodem circa terram motu volvitur mundus universus. Universum ergo mundum *vagum* appellare potuit Manilius.

V. 188. *Mittuntque in tempora signum.* Pro *mittuntque* G. & Par. *nunc jamque*, L. *nunciamque*, Vo. *nuntiantque*, Reg. *jam nunc;* quæ quis intelligat? Rom. Prukn. Mol. Sc. *mittunt.* Observavit B. è fide mss. addendam esse particulam *que*: dedit igitur, *mittuntque*, sicque ante ipsum dederat Jun. è Lannoio suo, &, si ipsi fides, è Rom. Salmasius, Ann. clim. p. 320, legit *nova dantque in temp. signum.* Ea lectio ad mss. propiùs accedit. Ejus porro sensum Salmasius credit esse repetendum è ludis cursoriis, in quibus, dato signo, cursores limen relinquebant.

V. 331. *Cùm curvata viæ*, &c. Ita B. ceteri omnes pro *curvata* habent *signata*, quod sensu cassum est, ut

rectè annotavit B. Ut tamen ad illam veterem generalemque lectionem propiùs accederemus, *signata* mutassemus in *sinuata*, si nobis temporaneè venisset in mentem ea correctio. *Sinuare* sæpe simpliciter accipitur pro *curvare*.

V. 391. *Nunc fœdus stellis*. Stellas hìc universim accipe, non planetas, ait B. Sed sedibus in iisdem stellæ semper fixæ sunt: quæ semel sunt oppositæ, oppositæ sunt in perpetuum. Haud ita planetæ; modò sunt oppositi, modò non sunt; nunc in hoc, nunc in illo signo opponuntur, & pro loco in quo sunt oppositi, varias vires, vel pace, vel bello, ministrant. Hæc est, ni fallimur, Manilii mens. Adde quòd stellarum nomine planetas sæpiùs quàm fixas poëta noster intelligit. At, inquit B. nusquam in hoc opere de planetis agit Manilius. Talia proferri miror à doctissimo viro, qui tot annos in enucleando Manilio tam feliciter desudavit. In ea quidem operis Maniliani parte, quæ pervenit ad nos, de planetis expressim & distinctè poëta non agit: verùm præparatoria instituta, quæ hoc & sequenti libro tradit, ad planetas non minus quàm ad fixas referenda sunt. Et re quidem ipsa planetas expresse sæpe memorat Manilius. Vide II, 727; III, 62, 89, 101, &c.

V. 417. *Sed ratio par est*. Legi etiam potest, *Sunt ratione pares*: vetusti omnes habent, *Sed ratione pari est*. Versum proscribit B. Sententia, inquit, quæ hìc quæritur, in tribus sequentibus repetitur. Repetitur sanè, sed apud Bentleium, non apud Manilium.

V. 420. *Tempore*, ait Scaliger, Manilius dixit pro temperamento, haud dubiè. *Tempus ferri* pro ferri tem-

peramento rectè dici non ambigimus: quoad alia dici posse non credimus. Præterea quæ series orationis, *tempora uno tempore permixtos dies servantia?*

V. 444. *Singulaque propriis.* Ita Sc. syllabâ *que* productâ, tum vi cæsuræ, tum propter sequentes duas consonantes. Libri universi meliùs, ait B. *Singulaque in propriis.* Particulam *in* à G. tamen abesse testatur Sc. & teste Stoebero, abest etiam à L. Quærere liceat quisnam esse possit lectionis Bentleianæ sensus? *Membra* corporis humani *parent in propriis figuris?* An voces *propriis figuris* de duodecim signorum caracteribus astronomicis cum Stoebero interpretabimur, qui etiam, auctoribus Par. & Reg. *membra* mutat in *signa?* Absint à summo Bentleii ingenio tales ineptiæ.

V. 469. *Cernere ut inter se*, &c. De visu & auditu signorum hæc est Manilii doctrina. Signa solstitialia, cancer & capricornus, seipsos singuli vident. Cetera signa se mutuò respiciunt, si eorum principia ab alterutro puncto solstitiali æquali sunt intervallo dissita: sic leo geminos, gemini leonem; taurus virginem, virgo taurum videt, &c. Se solos singulatim audiunt signa æquinoctialia, aries & libra: audiunt se invicem signa quæ ab æquinoctialium alterutro sunt hinc & inde pari remota intervallo: audit virgo scorpium, scorpius virginem: gemini aquarium, aquarius geminos, &c. Si quando ab ea regula deflectit Manilius, poëtam agit, non astrologum, ut alibi diximus.

V. 515. *Fundens & aquarius undas.* B. *Undas* mutat in *urnam.* Sic, inquit, *fundere pocula, pateram, car-*

chesia, &c. Verùm non minus latinè ea *fundi* dicuntur, quæ vasis continentur. *Funde capacibus unguenta de conchis*, inquit Horat. Carm. l. II, Od. 7, 22. Et Virg. Æn. V, 238. *Et vina liquentia fundam.*

V. 576. Sic se habet in veteribus: Et duo qui potuere sequi *vix noxia pœnis*. Ex illo versu sensum aliquem elicere solis Fayo & Stoebero datum est. Cùm ceteri cœcutirent, Sc. non oculatior *vix noxia pœnis* mutavit in *vadimonia sponsi*, nec quisquam reclamavit. Sensus est, & duo potuere sequi vadimonia quæ spoponderant. Notavit tamen B. non satis latinè dici *vadimonia sponsi*, neque *sequi vadimonia*; aliunde falsissimum esse heminem, præter Damonem & Phintiam, obire potuisse vadimonia. Proposuit itaque lectionem, quam amplexati sumus, meliore non occurrente; industriasque feliciores, quæ veterum codicum fidem propiùs referant, avidi præstolamur.

V. 651. Sic emaculatur in SM. Nec *miscetur corpore cuiquam* Scorpios; non malè; sed ad veterum fidem propiùs accedit Orvilii lectio.

V. 700 & seq. Determinandi dodecatemorii duas hic proponit Manilius rationes, quæ eòdem recidunt. Sit luna in undecimo gradu sagittarii. Ex illis 11 grad. attribuo 2 $\frac{1}{2}$ sagittario, totidemque capricorno, & aquario & piscibus. En consumptos 10 gradus, & superest unus pro ariete; & cum sit 1 ad 2 $\frac{1}{2}$ ut 12 ad 30, dodecatemorion lunæ erit in 12 gr. arietis. Juxta methodum alteram, quam v. 710 & seq. exponit Manilius, 11 gradus multiplica per 12, quia luna est in 11 gr.

aderunt 132 gr. ex his da 30 gr. ſigno in quo verſatur luna, nempe ſagittario, 30 capricorno, 30 aquario, totidem piſcibus; diſtribuiſti 120 gr. & ſuperſunt 12 pro ariete: ergo dodecatemorium lunæ eſt, ut priùs, in 12 gradu arietis. Inde clariùs elucet V. 717, 718, 719, eſſe adulterinos.

V. 734. *Undique miſcenda eſt ratio.* Quid ſit *miſcere rationem*, neſcit B. Reſponderet Sc. rationes miſceri eo ſenſu, quo Manilius, non contraeunte B. dicit III, 582.

Mox veniet *mixtura* ſuis cum viribus omnis.

Rationes undique arceſſendæ ſunt & conferendæ.

V. 777. *Qui primùm terras æquali limite cernit*, id eſt, ni fallimur, qui terræ ſuperius & inferius hemiſphærium æqualibus videt circumſcripta limitibus. Quem ſenſum ſibi clariùs exprimere viſus eſt SM. ſic illum reddens.

Quique imum ſuperumque æquali limite cernit.

Imum nempe ſuperumque orbem.

V. 891. *Degere Phœbus amat.* Pro *degere* omnes habent *æthere* vel *æthera*: quod Sc. timidè tamen, mutaverat in *atria*. B. ſubſtituit *degere*, quam lectionem, ut ſolam à nobis intellectam, amplexati ſumus. Cum veterum lectione *æthere* proximiorem fors affinitatem haberet *ſiſtere*, eſſetque idem ſenſus. Virgil. Æn. III, 7.

Incerti quo fata ferant, ubi *ſiſtere* detur.

897. *Fraterna videntem regna.* Modò dixit Manilius quòd in nonâ domo, quæ *Deus* vocatur, degere Phœbus amet. Nunc juxta eumdem tertia domus, *dea* dicta,

dominam agnoſcit Phœben. Quis non hinc inferat nonam domum eſſe domum ſolis, & tertiam domum, huic è diametro oppoſitam, eſſe domum lunæ; ſolemque nonæ domûs eſſe dominum, ſicut luna tertiæ, Venus decimæ, Mercurius primæ, Saturnus quartæ, Jupiter undecimæ? Ergo luna è tertia domo, cui dominatur, videt è regione ſibi nonam domum, id eſt, fratris ſui ſive ſolis regnum. Hæc plana ſunt & aperta, nec quid ſibi velit B. percipio, dum objicit regna ſolis non lucere, & ſolem ubique regnare. Sanè domos omnes permeat, non ſol modò, ſed & luna, ſed & Mercurius, &c: verùm nuſpiam eſt ſol in domo ſuâ, niſi in tertia.

V. 921. *Aſper & attentus.* Veteres omnes uno conſenſu ferunt, *Aſperum erat tempus.* Neſcio, dixerat Scal. an corruptior locus reperitur: mutavit in *Aſper & attentus*; quo ſenſu Horat. Serm. l. II, Sat. 6. *Aſper & attentus quæſitis.* Scaligerum laudavit, quod mirum, Huetius, ſecuti ſunt B. & Burt. neque contradixerunt Bart. Orv. Heringa, &c. Viſum tamen eſt Junio, Fayo, Stoebero antiquam defendere lectionem. Alludit juxta eos Manilius ad Græcum Saturni nomen, quod ſignificat *tempus.* Sed quis tales ferat patienter ineptias? Quid tam aſperum eſt in voce κρόνος, quâ ſignificatur Saturnus? Aliunde falſiſſimum eſt hac eadem voce deſignari tempus: tempus Græcè χρόνος eſt, non κρόνος. Neque tamen omni difficultate caret Scaligeri lectio. Verba quidem *Prima eſt tutela*, &c. cenſentur includi parentheſi, ut hæc alia, *Aſper & attentus*, referri poſſint ad Saturnum. Sed verba ſequentia, *titulum cui Græcia fecit Dæmonium*, Saturnum ſpectare minimè videntur: quarta

domus, non vero Saturnus, *dæmonium* vocata eſt. Ea procul dubio de causa SM. emendavit, *Aſpera & attenta eſt. Aſperam* poſſe dici eam domum, eſto; quî poſſit attenta vocari, non percipio. Proximè ad veterem lectionem legi poſſet, *Aſperum erat templum*; *erat* pro *eſt*, ut non eſt apud poëtas inſuetum; vel, *Obſcurum eſt templum*; vel quid ſimile.

V. 951. *Octo topos*, octo loca ſcilicet; alii unâ voce *Octótopon*. Veteres omnes, *Octo tropos*, octo modos, vel *Octatropon*. Dignus flagro eſſet, juxta Scaligerum, qui *Octatropon* defenderet. Totis tamen viribus defendit Salm. de ann. clim. pag. 187. Non noſtrum inter eos tantas componere lites: Scaligero acceſſerunt omnes alii. Hoc tamen monuerim, ſi cui libeat uno vocabulo *Octatopon*, vel etiam *Octatropon* legere, ipſi ſubinde legendum *per quam*, non vero *per quos*.

IN LIBRUM III.

V. 4. *Conor, & irriguos in carmina ducere fontes.* Salm. ad Simm. Rhod. ovum legit, *& indignos in carmine ducere cantus.* « Ita emendavimus, inquit, ex auctoritate codicis Gemblacenſis: peſſimè hodie legitur, *& irriguos in carmina d. c.* ». Mirandum ſanè tale judicium in tanti ingenii viro. Ipſi præiverat Carrio I, 15, eâdem procul dubio auctoritate fultus. Eos ſecutus eſt F. & epitheton *indignos* noſtri poëtæ modeſtiæ attribuit. Ante Carrionem vulgò legebatur *En conor, & dignos*, vel

Et conor dignos. In Par. legitur, *Conor & indictos*, multò meliùs quàm *indignos*. Sc. è vestigiis Gembl. dedit, *& inriguos*; sic olim scribebatur pro *irriguos*. Sed non immeritò quærit B. quid sit *cantus in carmina ducere*, reponitque, *& irriguos in gramina ducere fontes*, nostram tamen permittens lectionem.

V. 35. *Carmine quid proprio, pedibus quid jungere certis?* Quorsum illud, *carmine?* quærit B. cùm *pedibus certis* id ipsum sit quod *carmine?* Verum hoc esto: sed numquam eripiet nobis B. ut carmen *proprium* & pedes certos unum & idem esse fateamur.

V. 154: *Hac in parte dies, inque hac momenta dabuntur.* Juxta astrologos, à dispositione sortium relatè ad cardines, ad domos cœlestes, ad signa zodiaci, ad loca planetarum, &c. pendent felices negotiorum exitus. Sed singulis diebus, singulis horis, imò momentis singulis variatur ea dispositio. Jure ergo dixit Manilius in duodecima sorte dari dies, dari momenta, quibus attendendum est aliquod negotium, ut felix inde possit exitus expectari. Ab emendando igitur Manilii versu temperare potuissent B. & Huet.

V. 272. *Erumpens imitatur sidera mundi*, &c. Septem planetas, ait Sc. Frivola Huetio videtur ea interpretatio. Nilum, inquit, æmulum cœli vocabant Ægyptii, quòd Ægyptum irriget atque fecundet, ut alias regiones cœlum; quòdque incremento suo æstatem, decremento autumnum, ver floribus & crocodilorum partubus designet. Sunto per nos licet hæc omnia: verùm non dicit

Manilius Nilum imitari ſidera mundi ſimpliciter, ſed in eo imitari quòd per ſeptem fauces erumpat.

V. 343. *Totis condentur ſingula membris.* Iis quæ pro hujus versûs correctione, & verſuum 345, 346, 347, proſcriptione fusè diſputat B. accedere nequivimus. *Vixque ortis occaſus erit*, ait Manilius v. 342. Hæc ad circuli polaris viciniam attinent. Quæ ſequuntur ad uſque v. 351 non ad primum, ut aiunt, menſium clima limitanda, ſed ad totum intervallum circulum polarem inter & polum extendenda nobis videntur. Cenſeatur quis à circulo polari ad polum procedere; omnia membra ſingulorum ſignorum auſtralium ſucceſſivè condentur, ipſis ſignis peribit ſtatio ſupra horizontem, ſingula trahent tricenas noctes continuas: ſic paulatim horæ, tum dies, denique menſes conſumentur, &c. Hæc invicem ex ſeſe ſic liberè fluunt, ut ſatis mirari non poſſimus ea ſummi ingenii viro diſplicuiſſe.

V. 473. *Præcipuoſque gerunt varianda ad tempora motus.* Quid in eo verſu Bentleio minùs arrideat, non planè percipio. Media aſtra, de quibus verſu præcedenti, hic cuculus ,, inquit, pro cardinibus accepit, ariete & libra. Minimè: media illa aſtra ſunt piſces & aries, ſub quibus, ut rectè annotavit H. præcipuè variantur tempora, id eſt, ſub quibus maximè creſcunt dies, noctes decreſcunt. Qualis verò locutio eſt, *gerunt motus*? interrogat B. Ea diſplicet: Emendetur, *Præcipuoſque dabunt*, vel *edunt*, aut etiam, & melius, *Præcipuaſque gerunt varianda ad tempora vires.*

V. 510. *Annua quòd luſtrans conſumit tempora mun-*

dum. Hæc eſt, intricata nonnihil, conſtructio; quòd ſol, luſtrans mundum, conſumit annua tempora.

V. 516. *Signa per*, pro *per ſigna*; anaſtrophe, ut apud Virgil. *Tranſtra per*, & apud Horat. *glandem atque cubilia propter.*

V. 539 & ſequ. *Venit omnis ad aſtrum. Hora die bis, menſe dies ſemel*, &c. Scaligerum huic locò tenebras offudiſſe, ideoque meritas Huetio dediſſe pœnas non diffitemur. Sed neque Bentleium Manilii mentem bene aſſecutum eſſe credere poſſumus. Non tamen hìc omnia eſſe perſpicua cum Huet. dicemus. Imò ſeſe nobis hìc offert nodus ad expediendum difficilis. Sunt, inquit Manilius, quibus placet à ſolo ſigno, tempore nativitatis horoſcopante, omnia computari tempora; ita ut ſi leone, verbi gratiâ, in horoſcopo poſito quis natus fuerit, prima ejus vitæ hora, prima dies, menſis primus, primuſque annus ad leonem ex æquo pertineant; ſecunda hora, ſecunda dies, &c. ad virginem, & ſic deinceps. Ergone, quia eâdem origine naſcuntur illa tempora, eoſdem ſemper patientur influxus? Minimè: brevi diſſociabuntur, quia tardiùs illa, hæc citiùs abſolvuntur. Ad idem aſtrum ſeu ſignum hora die bis veniet; hora ſcilicet vitæ prima & hora decima-tertia, è viginti quatuor diei primæ horis, ad leonem ſolæ pertinebunt: menſis primi dies prima, decima-tertia, & viceſima-quinta ſolæ leonis erunt: primi anni ſolum primum menſem ſibi vindicabit leo, pariterque primæ dodecaëteridos ſolum primum annum; & ſic reſpectivè ſe res habebit de ſignis temporibuſque ſequentibus. Sic in diverſa abibunt ſingula tempora, ipſa-

que rursus in idem signum concurrere erit difficile : & reipsa non operoso negotio deprehenditur concursum illum non nisi post exactos quadraginta & octo annos iterum expectari posse. Et illa est, ni fallimur, Maniliani ratiocinii summa. Sed si ita se res habet, cur dixit, *mense dies semel?* Eadem, aiunt, puta quarta mensis dies, eodem mense semel numeratur, numquam, nisi mense sequenti, rediturа; cum è contra hora quarta bis die quâlibet numeretur, semel noctu, iterumque interdiu. Præclarè sanè! quasi hìc de numeratione horarum in die, vel in mense dierum agatur. Agitur de duodecim signis. *Venit omnis ad astrum*, inquit Manilius, id est, ad idem signum, *horâ die bis*. Dies illa, sicut & alia tempora, non à meridie, non à media nocte, sed ab ipso nativitatis momento numeranda est. *Die* illâ primâ, viginti quatuor horis constante, *hora bis ad astrum*, puta leonem, *venit*. Primo *mense*, ter *venit* ad idem signum *dies*. Primo *anno unus mensis* ad leonem pertinebit, & *annus* leonis non nisi *duodecim annis exactis* redibit. Hæc plana videntur. Sed dixit Manilius, *mense dies semel?* Difficultatem proponimus: solvant, quibus est acrior quàm nobis vis ingenii. Legi fortasse posset; *mense dies ter, at unus in anno mensis*. Manilium ad nostrum sensum solus interpretatus est Michaël Fayus, nihil immutans, sed sic distinguens: *Venit omnis ad astrum hora die bis, mense dies, semel unus in anno mensis*. Esto post *dies* subaudiri possit *bis* ex commate præcedenti, quia revera in mense dies modò bis, modo ter redit ad astrum: sed primo mense ter ad astrum horoscopans redit; & præterea Manilius apud Fayum rationabiliter quidem, at

barbarè loquens inducitur; è vocibus *semel* & *unus* redundat alterutra.

V. 541. *Exactis bis sex jam solibus annus. Bis sex solibus*, id est, duodecim annis, ut ex nota præcedenti manifestum est. Solium nomine menses designari non posse nobis, æquè ac Bentleio, persuasum est. Eâ voce dies sæpe significari, propter diurnum apparentem solis motum, pariter concedimus. Sed sicut propter motum lunæ menstruum mensis *luna* sæpe vocatur, cur pariter, habitâ ratione solis motûs annui, solium nomine anni non venirent, minimè perspicimus. Tota Bentleii in hunc versum nota nihil aliud probat, nisi virum, perspicacissimi aliunde ingenii, nostri poëtæ mentem hìc non esse feliciter assecutum.

V. 575. *Lustra duo tribuent.* Hic reperiendos esse decem annos, in confesso est apud omnes; & omnes ante Bentleium legerant, *lustra decem tribuent.* Lustra aliquando pro olympiadibus accepta non diffitemur, de simplicibus annis dicta nuspiam reperimus. Nam quod ait Stoeberus lustra pro annis esse à Virgilio nominata, Æn. I, 287. *Veniet lustris labentibus ætas*, quia nempe Æneæ temporibus lustra nondum erant condita; hoc ipsum retulisse, refellisse est.

V. 621. *Parvoque recessu destruit.* Quid est *parvo recessu*? ait B. Est, inquimus, *parvâ* dierum imminutione: & revera, sole cancrum permeante, dies parum minuuntur, præsertim sub Cnidi horizonte, ad quem suos omnes numeros exigere solet Manilius. Reponit B. *parilique recessu*, & addit: Ponit igitur solstitium in medio

cancro. Verum hoc falsum est: nam suprà v. 256, solstitium brumale, non in medio capricorno, sed in ejus octavo gradu reposuit Manilius.

V. 632, 633. *Brumam capricornus inertem per minimas cogit luces.* Quid sit, *cogit brumam*, non intelligit. B. *Cogere* brumam est introducere, trudere brumam. Quo sensu Virgil. Æn. VII, 509. *Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis scindebant*; id est, cuneis intrusis: & Cicero de Invent. l. II, *In portum navim coëgit*, id est, introduxit. Si rixari liberet, quæreremus vicissim quid in lectione Bentleii significet *Pars adversa brumæ inertis*: ambigua saltem est ea locutio.

IN LIBRUM IV.

V. 53. *Cùm jam etiam posses alium componere magnum.* Ita B. è quatuor vet. mss. ceteri pro *componere* habent *cognoscere*. De sensu verò hujus versûs varia est variorum sententia. Ea de re altum Scaligeri & Huetii silentium. Fuere qui de Cneo Pompeii filio intelligerent: sed nihil Magni cognomento dignum peregerat, imò neque post patris mortem peregit Cn. Pompeius filius. Locum alii de Julio Cæsare interpretati sunt, quem absque ulla, aiunt, vel honoris sui, vel suæ potentiæ injuria, magnum sibique parem cognoscere potuisset Pompeius. Juxta Fayum alium magnum orbem terrarum Pompeius cognoscere potuisset. Legit Barth. XVIII, 18, *Cum jam etiam possent alium cognoscere magnum*, Pompeium nempe ipsum, qui, alter ab Alexandro Macedone, Magni cogno-

mine se verè dignum præstiterat. Stoeb. legit *componere*, sensusque est juxta ipsum; *Cùm* tantæ esses potentiæ, ut quemlibet *alium magnum*, tuæ potentiæ æmulum, *posses componere*, id est, sepelire. Prònuntiat denique Burt. illum alium esse Ptolemæum Ægypti regem, qui verè magnus à Pompeio fuisset agnitus, « magnus in » clementia, inquit Burt. si Pompeii infortunia misera» tus esset, & Pompeius illius operâ vixisset. Quod aliter » proposuerunt alii, ignavè conceperunt, & suas quis» quilias, non auctoris sensum exhibent ». O hominis confidentiam! Nos Bentleii ut lectionem, ita & interpretationem secuti sumus.

V. 221. *Et multo gaudentem sanguine civem.* Cur civem potiùs quàm regem aut tyrannum? interrogat B. Utique quia in Republica Romana princeps & tyrannus, Marius, Sylla, Pompeius, Cæsar, Antonius, ipse etiam Augustus cives erant, civesque se esse gloriabantur. Verùm si civem efficit scorpios, àddit B. ipsius scorpii civis erit. Vim objectionis non benè percipio. Quo sensu apud Bentleium scorpios Syllam, eodem apud Manilium civem multo sanguine gaudentem efficit. *Civis* sit nomen relativum, esto: sed ii quorum nativitati præest scorpius, concives sunt eorum quorum gaudent effundere sanguinem: de civilibus enim bellis hoc comma potest intelligi. Præterea sæpissimè relativa nomina absque ulla correlatorum suorum expressa mentione adhibentur. Sic, ne ab ipso *civis* nomine aliò excurramus, Horat. Ep. I, 15, 29.

Impransus non qui *civem* dignosceret hoste.

Et Epist. I, 1, 53.

O *cives*, *cives*, quærenda pecunia primùm est;

V. 230.

V. 230. *At quibus in bifero, &c.* Arbores biferæ vocantur, quæ suos fructus bis in anno ferunt. Si centauri seu arcitenentis corpus *biferum* appellavit Manilius, id vocabuli eo sensu libenter acceperim, quòd centaurus sit bis sive sensu duplici ferus. Parte suâ equinâ quin sit ferus, nemo dubitaverit: parte vero humanâ ferus est etiam, qui, quam manu tenet, jam jamque missurus est sagittam.

Post v. 247, in notas exulare jussimus versum à Scaligero Bentleioque proscriptum: *Materiamque manu certâ duplicarier arte. Duplicari* in activo sensu sumi posse, Huetio, nedum Stoebero, non concedemus. Si servandus esset versus, vel emendationi à Bentleio propositæ adhæreremus, vel libentiùs cum Marklando apud Stoeberum legeremus, *Materiamque manûs certam duplicare per artem.* Elegantior quidem est Bentleiana lectio; verùm hæc Marklandi vix à vulgata recedit, in versuum ordine mutationem nullam exigit, ejusque sensus idem est ac Bentleianæ lectionis. In utramque tamen opponi potest, non materiam ipsam, sed materiæ pretium per artem duplicari.

V. 296. *Quam partem decimam.* Libenter & ad Manilii sensum proximiùs emendarem, *Quas partes denas.*

V. 404. *Quantum est, quo veneat omne?* Definitus sensus est: Quantulus est labor noster, quo possumus universum orbem acquirere?

V. 432. *Ingeminem si verba, piget.* Enumerandos hìc suscipit Manilius gradus signorum noxios; & fore prænoscit ut sæpe recurrat signorum idem gradus, sive pars

eadem? Iterabitne easdem partes, eadem nomina? Aut si piget iterare, quomodo faciem loquendi mutabit? Mutationem illam non patitur linguæ penuria: & ex alia parte si verba iteret, si verbis iisdem recurrentibus recurrentes easdem signorum partes exprimat, sermoni deerit gratia, laboremque despiciet auris. Hæc est, nostrâ quidem sententiâ, Manilianæ ratiocinationis series; eamque in lectione nostra reperiri credimus, in aliis desideramus. Eam tamen proximè referret sola illa cujusdam apud Stoeberum anonymi lectio: *Quis tot partes iterare queat... & faciem mutare loquendi, Dici eadem si verba piget?* Opponi tamen posset sensum tunc fore: Quis potest tot partes iterare, si tot partes iterare piget?

V. 592. *Hos inter binæ*, &c. Sensus est, juxta Huetium, binos ventos ab ortu, & binos ab occasu, inter quatuor ventos cardinales spirare, ita ut octo tantummodo ventos Manilius agnoverit. Verùm quatuor sunt mediæ partes: si mediis è partibus binæ spirant auræ, ut expressè dicit Manilius, octo sunt intermedii venti, præter cardinales quatuor. Et revera Seneca, Natur. Quæst. V. 16. « Quatuor cœli partes in ternas dividunt, » & singulis ventis (cardinalibus) binos suffectos dant. » Et cap. 17. Placet duodecim ventos esse ». In auctoritatem Seneca Varronem adducit; potuisset & adducere Manilium.

V. 635, 636. Sic se habent hi versus in scriptis & editis.

> Totque minora solo, tamen emergentia ponto
> Litora, & æquales Cycladas, &c.

G. & L. pro *solo* habent *sola*. Hìc aliquid deesse soli

Stoebero liceat inficiari. Deest saltem verbum quo omnia illa nomina in quarto casu regantur. Hinc Sc. credidit integrum excidisse versum ante v. 635. Alii verbum unum tantummodò suppleverunt. SM. sic v. 636 refingit, *Litora quid taceam*. Suppleri posset, *Litora prætereô*, *Cycladas*, &c. Bentleii lectio nostra est, nisi quòd pro *æquales*, reponit *Ægæas* vir eximius. Orv. p. 283.

> Totque minora solo *taceo*, emergentia ponto
> Litora, *inæquales* Cycladas.

Post v. 656, non unum aut alterum versum cum Scaligero, sed plures deesse cum Bentleio existimamus. Lacunam suppleri posse credidit SM. hoc versu.

> At quà se Libye tollit sub sole calenti,
> Quondam Carthago, &c.

Lacunam nullam agnoscunt Bonincontrius & Stoeberus, & consequentia cum præcedentibus connectentes, continenter legunt, *Media illa duobus quondam Carthago*, &c. Carthaginem porro mediam facit Bonincontrius mediterraneum inter & Indicum mare: Stoeberus vero mediam illam pronuntiat inter duo promontoria, vel inter mare & lacum nescio quem; seque à sua sententia neque precibus, neque minis dimovendum affirmat. Nobis persuasum est Manilium à maribus ad terras haud ita præcipitem fecisse progressum: transitionum non ita parcus est poëta noster. De oceano fors aliqua memorasset: tum orbis terrarum, suo tempore cogniti, in tres præcipuas partes divisionem significasset, ac denique de Africa dicere adorsus Libyam memoravisset, cujus caput fuerat *Quondam Carthago*, &c.

V. 682. *Ille puellari donavit nomine fluctus*. Versum

proſcribit Bentleius. Quærit, nec immerito, anne fluctus, Cretam alluentes, Europæ nomine aliquando donati fuerint? Non ſolùm hunc verſum, ſed & illum qui in vulgatis immediatè præcedit, quemque à Scaligero & Bentleio proſcriptum in notas ablegavimus, totis viribus defendit Huet. ſic tamen emaculatum.

Taurumque reſolvens
Quærere paſſa ſibi eſt igniſque oneriſque juvamen.

Sed hæc ita diſtant à codicibus univerſis, ut Huetii, non Manilii verſum eſſe meritò judicaveris. Verſum vero 682 ſic exponit Præſul ingenioſiſſimus. Puella Græcè eſt κόρη, unde Creta inſula vocata eſt κορήτης, ſeu puellaris, & per ſyncopen κρήτης, atque inde dictum mare Creticum. Id tamen ſe conjicere, non affirmare, addit H. Hoc etymon, auctoritate Stephani Byzantini ſubnixum, longe præſtat expoſitioni Stoeberi, juxta quem mare Cretam alluens Sidonium, ab Europa Sidonia puella dictum eſt.

V. 779. *Donataque rura.* Per *donata rura*, vel juxta alios *donata regna*, intelligimus Cyrenaïcam, à Ptolemæo Appione ejus poſtremo rege Romanis teſtamento legatam, quamque in provinciam ſtatim redegerunt Romani. Ægypto erat illa confinis. Aliis placuit eo nomine Ægyptum ipſam intelligi, quia, inquiunt, donum Nili eſt Ægyptus; vel quia Ptolemæus Auletes in Ægypti regnum ſic à Senatu Romano reſtitutus eſt, ut ipſe regno donatus potiùs quàm in illud reſtitutus eſſe videretur. Aliis placet rem hìc eſſe de Numidia Maſſiniſſæ à Scipione data: ſed ab Ægypti latere Numidia procul abeſt. Legit Barthius, XXIV, 19.

Damnataque rura
Æternis lacrymis. Sardoas scorpios arces, &c.

Et intelligit Ægyptum, quia suum Osirim perpetuò lugebant Ægyptii. Verùm à proscriptione posterioris versûs non recedimus.

V. 882. *Spiritus & toto rapido*, &c. Abeat nebulo, inquit B. cum *toto* suo *rapido*. Sed si Manilio per Bentleium licuit *rotundum* substantivè & neutrius generis dicere pro orbe rotundo, III, 324 & 371; cur non pariter ipsi licuisset *rapidum* absolutè eodemque genere pro cœlo rapido dicere? Negabitne B. in veterum systemate rapidum esse cœlum? *Rapida* vocat astra Manilius ipse III, 499.

IN LIBRUM V.

V. 24. *Quique volat stellatus equus. Stellatus*, ait B. ignavum est epitheton. In quo sit ignavum, non clarè percipimus. Præterea non construimus, *Equus stellatus qui volat*, sed, *Equus qui volat stellatus*. Adde quod non *in alas* solùm, sed & in caput & in crura stellatus sit Pegasus.

V. 50. *Vera Syracusis Salamis non merget Athenas*. Hæ mihi sunt tenebræ Cimmeriæ, inquit Sc. qui tamen ad interpretationem nostram, quæ Huetii, Barthii III, 11, & Bentleii est, proximè subinde, dubitanter tamen, accedit. Salamis, in insula Salaminia ad Atticam, Ajacis Telamonidæ fuit urbs regia. Patrem Salaminaque cùm fugeret Teucer, Ajacis frater, ab Apollinis oraculo res-

ponſum accepit, Ambiguam tellure novâ Salamina futuram. Appulit revera in Cyprum inſulam; in eaque urbem condidit, cui Salamini nomen fecit. Exinde ut ab hac Cypria diſtingueretur Attica Salamis, *vera* vocata eſt. Hinc apud Senecam Troadis, v. 845, quærunt captivæ Trojanæ, *Numquid Ajacis Salamina veram* ſint abducendæ? Porro ad hanc Salamina veram Athenienſes Perſas ingenti prælio navali ſuperaverant, numeroſiſſimamque deleverant eorum claſſem: quâ elati victoriâ, maris imperium affectaverunt, invidiam & odium in ſe concitaverunt Spartiatarum aliorumque Græcorum, Syracuſanis bellum intulerunt, & ad Syracuſas à Lacedæmoniis devicti, claſſem, exercitum, duces ſuos Niciam & Demoſthenem, ac denique maris imperium amiſerunt. Cladis hujus veram atque præcipuam, etſi non proximam cauſam fuiſſe victoriam Salaminiam, non immerito credidit Manilius. Ea de re vide fuſiorem Huetii notam.

Juxta alios Salamis à Manilio memorata non eſt urbs, non inſula, ſed navis. Erat nempe in Athenienſium portu navis, *Salaminia* dicta. Ejus officium erat, ut perhibent, reos undequaque Athenas advehere. Sacrilegii accuſatus Alcibiades, Athenienſium dux ad Syracuſas, capite damnatus eſt, & Salaminia navis miſſa, quæ Athenas eum adduceret. Præmonitus Alcibiades Spartam profugit, & Lacædemoniis auctor fuit, ut Syracuſanis adverſus Athenienſes eſſent auxilio. Ergo Salaminia navis Syracuſas miſſa in cauſa fuit cur à Spartiatis penitus delerentur Athenienſes. Arguta ſatis ea videtur interpretatio; neque tamen planè ſatisfacit. *Salaminia*, non

vero *Salamis* dicta fuit illa navis; & præterea quo ſenſu *vera* vocari potuerit, non percipimus. At, aiunt, *veram* nominavit Lucanus, III, 183.

Treſque petunt *veram* credi *Salamina* carinæ.

Verùm is nobis videtur manifeſtus eſſe Lucani ſenſus; Exhauſerunt ſe Athenienſes, tribus tantùm navibus Pompeio in auxilium miſſis, & ſic tantulum illud auxilium jactant, ut ſi totam miſerint claſſem ad veram Salamina Perſarum victricem. Hæc itaque nihil ad navem Salaminiam.

Sunt tandem qui legant,

Roma Syracuſas, Salamis non merget Athenas.

Syracuſas à M. Marcello, Conſule Romano, captas & everſas eſſe conſtat. Neque Salamina veram ſeu Atticam à Megarenſibus contra Athenienſes, anno ante noſtram æram vulgarem 599, vi occupatam eſſe diffitemur. At numquid ideo merſi Athenienſes? In ejus inſulæ poſſeſſionem brevi rediere; ejuſque fuere per plura ſæcula domini pacifici. Vide Plutarch. in Solone.

V. 51. Pro *roſtra*, reponit B. *tranſtra*. Roſtra, inquit, ærata non fluitant. Scrupuloſior nobis quandoque videtur vir eximius. Nant apud Virg. Æn. I, 123, arma virûm & Troia gaza: cur non apud Manilium fluitarent roſtra, præſertim ſi, ut moris eſt apud nos, è lignis illa contignabantur?

V. 89. *Nunc ciet in longo per curſus prælia circo.* Ita B. Optimè certè: ſed nec ita malè, & ad veterum codicum lectionem proximiùs Turneb. *Nunc leget in*

longo per cursus præmia circo. Vetus enim lectio est, *Nunc licet in longo per cursus præmia circo.* Veteres tamen editi habent *percussus* pro *per cursus.*

V. 124. *Pacis bella probant*, bella nempe quæ tempore pacis exercentur, seu seditiones, ut I, 860, *funera pacis.* Vide notam in hunc versum.

V. 154. *Habitat sub pectore cæco Ambitio.* Credit Huet. hìc ambitionis nomine significari indolem ad amorem pronam, quo sensu Damalis ab Horatio Carm. l. I, od. 36, 20, dicitur *Lascivis hederis ambitiosior.*

V. 174. *Consurgunt jugulæ.* Jugulæ apud omnes sunt Orion vel pars Orionis. Vertit tamen Firmicus *asellos.* Verum aselli non sunt à parte sinistra cancri, sed in ipso medio cancro. Nec refert quod cum decimo arietis gradu surgentem Oriona dixerit Manilius v. 57. Illic enim, ut in aliis bene multis, falsus est; seculo Manilii cum primis cancri gradibus proximè oriebatur Orionis balteus, ut rectè dixit Aratus, ea de re ab Hipparcho non castigatus.

V. 189. *Cepisse ferarum diversas facies.* Quis credat, ait B. aut saltem quis ferat *ferarum* de piscibus dici? Cyprinos, haleces, ejusque modi pisces *feras* dici non posse concedimus: cur phocæ, pistrices, cete, marinaque monstra, de quibus hìc agitur, *feræ* vocari nequeant, non perspicimus. Pistricem *feræ* epitheto donat Cicero in Arat. v. 665. Vide suprà pag. 245 notam.

V. 229. *Atque arma ferarum.* Post leones & apri den-

V

res, inquit B. quàm putidum est addere arma ferarum! Non leo & aper feræ sunt? Non dentes sunt arma? Particularibus generalia rectè subjici posse credimus. Initio Georgicon Phœbum & Dianam, Liberum & Cererem, Neptunum, Pana, Minervam, &c. invocat Virgilius, & subdit.

> Diique, Deæque omnes, studium quibus arva tueri;
> Quique novas alitis non nullo semine fruges, &c.

Dixissetne B. Post Phœbum & Dianam, &c. quàm putidum est addere, *Diique, Deæque omnes*, &c! Non Phœbus & Diana, &c. sunt dii & deæ? Non Bacchus Ceres, Minerva *novas alunt non nullo semine fruges?*

V. 258. *Tyrias imitata papavera luces*, id est purpuræ Tyriæ splendorem referentia, quo sensu Pyrrhus à Virgilio Æn. II, 470, dicitur *luce coruscus ahenâ*, id est, æris quo obtegebatur splendore coruscus. Sic & infra v. 511, gemmæ vocantur *radiantes lucibus ignes.* Quid quòd Horat. Carm. III, od. 1, 42, purpurarum usum dicit esse *sidere clariorem?*

V. 265. *Et Medos*, &c. Mediæ lauri descriptionem vide apud Virgilium, Georg. II, 126 & seq.

V. 301. *Mittebat qui atros ignes.* SM. *Mittebat cùm latè ignes.* Legi posset, *Mittebat qui latè ignes.* Verùm, ut diximus, versum non defendimus.

V. 421. *Et sinibus vires sumit*, id est, sinuando se vires sumit, quod nonnullis piscibus, & præsertim delphino in usu esse norunt omnes. Vide Huetii notam. Quòd autem additur *fluctumque figurat*, *sinibus* æque ac

gyris fluctus figurari posse nobis videtur. Carpit Manilium Sc. quòd v. 417 delphino squamas attribuisse videatur. Eum hac in parte non defendimus. In eundem errorem lapsum esse Ovidium notat H.

V. 461. *Atri luctum memorare sepulchri.* Hæc de Antigone interpretatur Sc. quæ cùm ad sepulchrum fratrum suorum Etheoclis & Polynicis lugeret, jussu Creontis, avunculi sui Thebarumque tyranni, occisa est. Hanc historiam expressit Sophocles in tragœdia, cui titulus, *Antigone.* Antigones morti speciali̇ùs quàm alii cuicumque funeri convenire verba Manilii nobis videtur. Verum esto, alii cuicumque funeri æquè conveniant, numquid ideo pauperis venæ Manilius? In ea hypothesi sanciverit primò quemlibet atri sepulchri luctum legitimam esse veræ tragœdiæ materiam. Tum ab hac propositione generali ad singularia descendens, Atrei & Medeæ, &c. facinora in exemplum adduxerit. In Bentleii lectione *vivi bustum sepulchri* unum & idem est cum *patre natos ructante.*

V. 467. *Junctosque in curribus angues.* Hæc fortè Bentleii sunt, non Manilii. Neque tamen crediderim scripsisse Manilium quod extat in vulgatis, *vectosque ex ignibus annos*, vel ut Reinesio placet, *tractosque*, id est, inquiunt, annos Æsonis ex ignibus vectos seu tractos juveniles, qui immissi erant seniles. Obscurè dictum, ait Sc. Imò barbarè dictum. Præterea post tot scelerum horrores quò pertinet Æsonis per Medeam renovata juventus? An ea quoque veræ tragœdiæ materia legitima? Et aliunde incohærenter post aëriam fugam memoratur. Vidit hæc Huet. & emendavit *vectosque ex ignibus angues*, currum sci-

licet Medeæ, draconibus junctum; & è regia Creontis conflagrante vectum. Non omninò malè: opponi tamen potest quòd in illa regia Medea non esset. Respondisset forte H. minutis illis scrupulis poetas jam dudum nuntium remisisse.

V. 643. *Engonasi, ignota facies sub origine constat.* Juvat hic referre versûs hujus variantes omnes, quas colligere potuimus, ut si quis, Bentleio felicior, lectionem ad vetera monumenta propiùs accedentem, nec sensu planè destitutam, comminisci potuerit, habeat unde ipsi conquirat auctoritatem.

G. Et comes inguicola vides sub origine constat.

L. Et comas inguicula vides, &c.

Vo. Et gonas ingui onlandos, &c.

Par. Et vide igcula vivens, &c. & supra *vivens*, pro variante legitur, sed aliâ manu exscriptum, *oonas.*

Pal. Et comas ignicula vivens, &c. & pro *comas*, alterâ manu *comes.*

Bonon. Pruckn. Molin. &c. Et coma signicula vivens.

Regiom. & editio Rom. Engonasi, idolum juvenis sub origine constans.

Scal. in prima edit. Engonasi, ingenicla vivens sub origine causæ: in postrema verò *causæ* mutat in *constat*; & suspicatur legendum, Engonasi, ingeniclâ cui pes suffragine constat.

Turneb. Engonasi, ingenicli vivens sub origine constat.

Jun. & F. Engonasi, ingenicla juvenis sub imagine constans.

SM. Engonasi, in genua obnitens sub origine constans.

Barth. VII, 7. En gonasin, Itala Nixus sub origine constat. Cicero scilicet in Aratæis constellationem illam *Nixum* semper nominat.

Voss. in Cat. p. 302. Engonasi, ingenicla claudens ab origine constat. *Claudens* pro *claudicans*.

Tandem, ne quid indictum relinquamus, Stoeb. Et sidis in genua Œagri sub origine constat.

Cùm v. præcedente dixerit Manilius, *& Graio nomine dicta*, necessariò sequi debet nomen Græcum illius constellationis, quod non est aliud quàm *En gonasi*. Ultima versûs vocabula, *sub origine constat* omnium veterum auctoritate firmantur. Lis itaque non potest esse nisi de mediis vocabulis, *ignotâ facies*, vel *ingeniclâ vivens*. Barbarum illud *ingeniclâ* vel *ingenicli*, nulli Latinorum cognitum, in nullo sive scripto, sive edito codice, ante Turnebum & Scaligerum reperire est; neque à veterum lectione *ignotâ* magis abhorret quàm *ingeniclâ*. Sola itaque Bentleii lectio nobis admittenda visa est. Posset etiam legi, *Engonasi*, *ignotâ status* (vel situs) *est sub origine constans*. Verùm hoc eòdem recidit. Ceterùm ingeniculatus ille, cujus nomen omnibus ignotum esse dicunt Aratus & Manilius, jam ab antiquis temporibus Hercules vocatus est ab Eratosthene & Æschylo, teste Hygino, l. II, de signorum cœlestium histôriis, & Hercules etiamnum vocatur. Verùm juxta alios erat Theseus, Orpheus juxta alios: hunc illi dicebant Cetea Lycaonis filium, illi Thamirin, &c; ita ut in tanta opinionum conflictatione merito dicere potuerit Manilius planè ignorari quis sit aut quo sit labore fessus ille Engonasis.

V. 686. *Canities sepoſta maris*. Ita B. Pro *ſepoſta* mſſ. *ſed nota*, vel *& nota*: Sc. *emota*. Legi poſſet *ſemota*; idem ſervaretur ſenſus, & ad veteres lectiones propiùs accederet ea lectio.

FINIS.

NOTÆ
IN ARATÆA CICERONIS.

V. 1. *Ab Jove Musarum primordia.* Concisiùs Aratus, Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Ab Jove ordiamur. Huc respexisse videtur Virgilius, Ecl. III, 60.

Ab Jove principium Musæ; Jovis omnia plena, &c.

V. 5. *Nos genus illius.* Græcè, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Ipsius enim & genus sumus. Hoc est celebre Arati testimonium, quo uti non dedignatus est Apostolus, Act. XVII, 28, coram Atheniensibus de divinitate disserens.

V. 28. *Septem.... triones*, id est, septem boves plaustro idoneos. Nam, teste Varrone, l. VI, de lingua latina, boves *triones* appellantur, quasi *terriones*, quia terram arant. Duas ursas, seu duo plaustra, majus & minus, *geminos triones* vocat Virgilius, Æn. I, 748.

V. 40. *Se fidunt.* Ita Grotius. Cicero de Nat. D. II, 41, versum sic allegat, ut diximus, *Hâc fidunt*, &c. Verùm ibi Cynosuram modò memoraverat; hìc præcessit Helices mentio, ad quam referri non potest versus 40. Servando ea quæ Ciceronis sunt, cetera sic suppleri posse credit anonymus apud Olivetum, sermone à versu 38 repetito.

Altera dicitur esse Helice, *quæ monstrat Achivis*,
Lucida per totas septeno sidere noctes,
In pelago navis quò sit vertenda; neque axem
Parvula non fulgore pari Cynosura coronat.
Hâc fidunt duce nocturnâ Phœnices in alto, &c.

Sed Cynosuræ non par est atque Helicis fulgor: dicendum fuisset potiùs,

Sed axem,
Non fulgore pari, propior Cynosura coronat.

V. 50, 51, 52, 53. *Verùm hæc extremæ*, &c. Falsum est, neque dixit Aratus caudâ draconis circumdari majorem ursam: imò ursæ parallela potiùs est draconis cauda. Præterea *caudæ* & *spiræ* vocabula, non autem integrum ferè sesquiversum iterat Aratus, cujus versus sic ferè ad verbum reddi possent.

Verùm hanc extrema emetitur cauda draconis;
Illam circumdat vasto glomeramine spira:
Juxta Helices ursæ cervicem cauda quiescit;
In media spira caput est Cynosuridos ursæ.

V. 63. *Hoc caput hìc paulùm sese subitòque recondit.* Hunc versum iisdem verbis allegat Hyginus Astronom. Poet. l. IV; unde nullum dubium quin sic scripserit Cicero. Sensus fortè est caput draconis sub horizontem, exiguo tamen tempore, descendere; sicque Aratum intellexerat Attalus, vetus ejus interpres. Attalum culpavit Hipparchus, & probavit primò caput draconis in Græcia numquam occidere. 2°. ab Attalo malè intellectum esse Aratum, qui nihil aliud dixerit, nisi caput draconis *ibi natare*; *ubi siderum ortus & occasus sibi invicem miscentur.* Apud veteres aquis, mari, oceano mergi dicebantur sidera horizontem subeuntia. Ea igitur, quæ horizonta quidem non subibant, sed illum per aliquot

minuta temporis infra polum borealem perſtringebant, quaſi ſupra mare natare videbantur. Attalum fortè reddidit Cicero; ſic reddi poſſet Aratus.

> Hoc horizonta caput legit, atque natare videtur,
> Ortus ubi, &c.

V. 91. *Hic preſſus dextrâ ſurgit; ſed parte ſiniſtrâ Sertaque*, &c. Sic crediderim interpunxiſſe Grotium: *Hic preſſus dextrâ; ſurgit ſed parte ſiniſtrâ: Sertaque*, &c. Aratus ad verbum: Sed ei ſerpens ambas volvitur per manus, ad dexteram modicus, ad ſiniſtram verò ſupernè multus; quod diſtycho noſtro conati ſumus exprimere. In cauda ſerpentis ad Ophiuchi dexteram paucæ ſunt ſtellæ; ad ſiniſtram verò, caput & cervicem in altum erigit, pluribus & fulgentioribus ſtellis decoratam.

V. 147 & ſeq. *Quin etiam ante pedes*, &c. Stellas majoris urſæ longè aliter ordinat Aratus, atque nunc ſunt in globis noſtris diſpoſitæ. Sed jam dudum advertit Hipparchus, apud veteres utramque urſam ſeptem tantùm ſtellis, quæ *plauſtra* dicuntur, conſtitiſſe.

V. 149, 262, &c. Pro *genu* Ciceronem in Aratæis *genus* dixiſſe, jamdudum annotaverunt Priſcianus & Servius, quemadmodum etiam in ſecundo caſu *cornus* pro *cornu* dixit Lucanus.

V. 157. *Hoc motu radiantis, Eteſiæ in vada ponti.* Hunc verſum affert ipſe Cicero in Oratore c. 45, in exemplum ejus licentiæ, quâ, omiſsâ eliſione, hiatus in verſu relinquitur. Notat autem Victorius Variar. Lect. XII, 16. Ciceronem hic ſeſe Arati fidiſſimum interpretem prodidiſſe,

didiſſe, cùm in Aratæo versu ſimilem hiatum, atque etiam in eodem versûs loco, ſit deprehendere.

Τήμος καὶ κελάδοντες ἐτησίαι εὐρέϊ πόντῳ.

Verùm in Græcis verſibus non tantæ neceſſitatis eſt vocaliùm ante vocales eliſio, quantæ in verſibus latinis.

V. 160. Priſcianus l. VII, ex Aratæis Ciceronis citat hunc verſum:

Navibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra.

Verſum hunc, cui in Arati poëmate nullus expreſſè reſpondet, huc eſſe referendum probat Patricius. Ipſum utique præcedebat verſus alius, in hunc ferè ſenſum:

Ne mediis nautæ expoſiti cogantur in undis,
Navibus abſumptis, fluitantia quærere apluſtra.

Abſumptis enim non *aſſumptis* legendum judicat Patricius. Alicubi legi, *Navibus amiſſis*.

V. 215. *Æquali à ſeſe ſpatio*. Senſus non eſt his tribus ſtellis æquilaterum efformari triangulum, ſed quanto ſpatio armus ab armo diſtat, tanto præcedentem armum à latere diſtare. Ceterùm quæ erant olim armorum ſtellæ, nunc ſunt in ala Pegaſi; & quæ lateris dicebatur, nunc ad crus pertinet. Hæ tres ſtellæ cum ſtella capitis Andromedæ, de qua Cicero verſu 211, quadrati ſpeciem exhibent, quod *Pegaſi quadratum* ſolet appellari.

V. 234, 235. *Languidus obſcuruſque*, &c. Hic Aratum caſtigat Hipparchus: « Arietem, inquit, ex An-» dromedæ cingulo notari neceſſe non eſt. Tres enim » ſtellæ, quæ ſunt in Arietis capite, ſtellis cinguli ſunt

» splendidiores, & ad trianguli stellas propemodum ac» cedunt, ut ab illis non multùm superentur. Bene etiam » conspicua est stella, quæ in anterioribus est arietis pe» dibus ». Sic Hipparchus, summâ fide latinè redditus. Insuper Hyginus Astron. Poët. l. II, scribit Mercurium supra caput arietis deltoton statuisse, ut obscuritas arietis trianguli splendore quo loco esset significaretur. Optimus Astronomus erat Hipparchus : neque tamen cum hodierno cœlo consentiunt quæ de his stellis disseruere tum ipse Hipparchus, tum etiam Hyginus. Andromedæ cingulo non indigere stellas arietis, ut bene distinguantur, indubium est : sed, 1°. est in Andromedæ cingulo stella stellis arietis omnibus lucidior. 2°. Arietis cornua trianguli stellas omnes splendore superant. 3°. In anterioribus arietis pedibus nulla nunc videtur stella, nisi fortè dicatur Hipparchi tempore ad ipsum ceti caput illos pertigisse, quod non facile crediderim. Dicemusne, vertentibus annis, stellas illas alicui fulgoris incremento vel decremento subjacuisse ? Alia similium immutationum exempla congerere non esset operosum.

V. 311 & seq. Dicit Aratus : « At verò mense præ» cedente, mari multa passus, quando sol arcum & rec» torem arcûs incendit, sub vesperam navem reducito, » non ampliùs fidens nocti » ; neque quidquam est aliud, quod versum 315 nobis repræsentare possit. Hinc versum illum varii variè legunt. Veteres : *Nam jam cùm minus exiguo*, &c, eumque per simplicem claudunt virgulam. Alii : *Nam jam tum minùs*, &c. puncto in fine versûs apposito ; & sic Patricius & Grotius. Alii denique : *Nam*

jam tum nimis exiguo, &c. quod malebat Turnebus, maluimus & ipsi. Hujus postremæ lectionis sensus planus est; aliæ sic videntur intelligendæ: *Nam jam tum*, sole in sagittario existente, *lux*, *exiguo* affulgens *tempore*, *minùs præsto est*.

V. 338 & seq. *Illæ quæ fulgent*, &c. « Tantis est, » inquit Patricius, natura hæc nostra circumfusa errori» bus, ut ne divini quidem illi & sapientes viri, quo» rum mens à mortalibus istis & caducis videbatur se» gregata, eâ contagione vacare viderentur. His sanè totis » sex versibus hominem se ostendere, & quidem, cùm » hæc scriberet, puerum tum adhuc fuisse, significare mihi » videtur M. Tullius ». Hos quidem versus ab Arati sensu, ab ipsa rei veritate toto cœlo aberrare diffiteri non possumus: sed ita scripsisse Ciceronem, numquam crediderim. Emendandum ejus textum in solis versibus 338 & 341, non in totis sex proscribendum existimavimus; jamque cum Arato, cum cœlo, cum veritate concordat Cicero. In versu 339 pro vulgata lectione, *aquilone*, vetus mſ. habet *aquilonis*, id est *aquiloni'*, elisâ juxta veterum morem litera *s*. Versus 341 sic in veteribus editis legitur:

At pars inferior delphini fusca videtur.

Sed in veteri mſ. probantibus Grotio & Grutero, reperitur *fusa* pro *fusca*. In aliis mſſ. reperit Puteanus *fulsa*, unde conjecit legendum *fulta*. In Arato est κέχυται, *fusa sunt*: Posset itaque sic etiam ille versus emaculari:

At parte inferiore sequentia fusa videntur,
Inter solis iter, &c.

V. 349. *Namque pedes subter*, &c. Sub pedibus Orio-

nis non est canis sed lepus, ut infra dicetur v. 365. Cùm ergo dicit Aratus canem esse sub Orionis pedibus, id est latiori sensu accipiendum, canem scilicet, pedibus Orionis vicinum, ipsis esse inferiorem seu australiorem.

V. 364. *Cetera signandis sunt languida sidera membris.* Falsum est stellas canis, excepto Sirio, esse languidas: tres enim vel quatuor sunt secundæ magnitudinis. An hæ quoque lapsu temporis potiorem lucis gradum sunt adeptæ?

V. 370. *Orientem denique paulùm.* Ita Grotius. Vulgata omnium ferè lectio hæc erat: *Oriens jam denique paulò.* Turnebus emendavit, *Orientem denique. Denique, simul, tum* similesque particulas pro copula usurpat Cicero, ait Grotius. Esto. Sensus itaque est, addit: canis leporem insequitur, occidentem agitans & paulùm jam ortum: sic Arato conveniet Cicero. Verùm in lectione Grotii canis leporem insectatur, non paulùm jam ortum, sed paulùm orientem. Porro lepore paulùm oriente, nondum apparet canis. Patricius malebat, *Orientem denique pellens.* Ut ad veterum lectionem propiùs accedatur, legi potest, *Ortum jam denique pellens.* Legerem libenter; *Orientem cominus vel proximus urgens*, vel *Ortumque subinde fatigans*, nisi hæc à codicum omnium fide longiùs aberrarent.

V. 379. Tenent omnes codices, *Vertitur Argo*: sed apud Hyginum, Fab. 14, legitur, *Labitur Argo*, quod planius est, inquit Patricius.

V. 382. Item Hyginus, loco citato, pro, *Disperso lumine fulgens*, legit *Tendens à puppe volante*, quod

Patricio magis placebat, qui & addit hoc argumento esse totum hoc opus à Cicerone non semel esse retextum.

Post v. 427 omissam à Cicerone credit Patricius australis mentionem coronæ, quam Aratus, inquit, attigit, cujusque meminit Germanicus.

> Est & sine honore corona,
> Ante sagittiferi multùm pernicia crura.

Arato, Eudoxo, Hygino, &c. coronam illam australem prorsus ignotam fuisse credimus. Coronam borealem στέφανον semper vocat Aratus: hìc verò non στέφανος seu corona, non etiam κύκλος, id est, circulus, sed varii stellarum κύκλοι seu circuli sub sagittarii pedibus volvi dicuntur. Versus Arati reddidit optimè Cicero versibus 425, 426, 427, nisi quòd pro stellarum circulis stellas simpliciter nominavit.

V. 447. *Et subitis auris diduxerit ara.* Credit Grotius, & rectè nostrâ quidem sententiâ, legendum esse *& subitas auras diduxerit aura;* id est, nisi à parte aquilonis aura superveniens subitas illas australes auras diduxerit. Hanc emendationem suadere videtur Arati textus.

V. 461. Tenent vulgati omnes, *Ad terga nepaï.* Dixerat Aratus,

> οἱ κεφαλὴ ὑπὸ μέσσον
> Καρκίνον ἐκνεῖται.

Id est, Ei caput sub medium cancrum pergit. Hinc quidam emendavere, *Ad tergora cancri*: alii Ciceronem errasse pronuntiaverunt. Ciceronem ab errore vindicat, & vulgatæ lectionis integritatem tueri conatur Patricius, auctoritate fretus Pompei Festi dicentis: « Nepa Afro» rum linguâ sidus est, quod cancer appellatur, vel,

» ut quidam volunt, scorpius. Plautus in casina : Recessim » cedam ad parietem, imitabor nepam ». Dato quòd nepæ nomine cancrum multi designaverint, ex eorum certè numero fuit Cicero, qui eo vocabulo scorpium intelligebant. Vide v. 90, 428, 528, 574, &c. In suis Aratæis cancri sidus cancri nomine semper aliàs significat. Num credibile est ipsum hoc uno tantùm in loco signum idem voluisse designare *nepæ* vocabulo, quo octies aliàs usus est ad significandum scorpium ? Vetabant leges perspicuitatis. Præterea credimus hìc, ut & in aliis nonnullis, falsum esse Pompeium Festum. Nepa scorpius est & Manilio, & Columellæ, & Ciceroni, non in Aratæis modò, sed etiam Fin. V, 15 : nec uspiam existimo reperiri vocem illam ad cancrum manifestè designandum. Cùm cancer incedendo retrogrediatur, idem arbitrari potuit Plautus de scorpio, quem esse quasi quoddam cancri genus haud immeritò credidit. Certum aliunde est esse quasdam scorpii species, putà scorpium araneum, quæ retrocessim incedunt. Non igitur è Plauti testimonio certo colligi potest cancros aliquando nepas fuisse dictos. « Dici cum aliqua » ratione posset, inquit Patricius, ad excusandum Ci- » ceronem, si opus esset, hydram, ad cancrum & leonem » capite sitam, oculos tamen & caput ipsum torquere, » ut hìc ait, ad terga respectantem scorpionis ; ad eum » prope modum, quo superiùs de dracone dixit : *Obtu-* » *tum in cauda majoris figere dicas* ; cùm tamen caput » ipsum draconis à cauda Helices eminus collocatum vi- » deatur ». Distantia non est nisi triginta circiter graduum, nullâ constellatione intercedente, & vultu draconis ad ursæ caudam reipsa converso. Contrà caput hy-

dræ toto ferè cœlo medio distat à tergo scorpii; & mappam cœlestem consideranti patebit quàm sit impossibile hydram ad terga scorpii vultum atque oculos convertere. Lectionem, *ad tergora cancri* repudiat ea de ratione Patricius, quòd tergum pro tergore, non item pro tergo tergus reperire sit apud probatos auctores. In doctissimi viri sententiam libentes in hac parte descendimus; credimusque scripsisse Ciceronem, *ad pectora cancri*, & sic nobis Aratum fideliter exhibuisse.

V. 497. Lectionem vulgatam sua sub incude versat Patricius, & concludit: « Aut igitur aliud præter Ara- » tum loquitur Cicero, aut inter hunc & superiorem ver- » sum deest aliquid, aut verò locus totus mendâ non » caret ». Aratum sat benè reddidit Avienus.

Non isti (lacteo) formâ similis, similisve colore
Circulus est alius: modus & mensura duobus
Est compar solis; alios duo parcior arctat
Linea, nec multâ trahit istos ambitus æthrâ.

V. 532. Pro *flexa* vulg. habent *flexu*. Grotius substituit *flexus*, sol nempe. Maluimus sequi Patricium & scribere *flexa*, rota scilicet solis.

V. 715, 716. *Inde sagittipotens*, &c. Versûs 716 variantes retulimus: his addi potest ea versûs utriusque lectio quam à nonnullis admissam testatur Patricius.

Inde sagittipotèns superas cùm visere luces
Institit, emergit Nixi caput, &c.

Eam lectionem lectionibus ceteris haud ægrè præferremus, tuncque in v. 717 pro *promit*, libenter substitueremus, *prodit*.

FAUTES A CORRIGER.

Les erreurs ſur le texte du premier Livre & de la moitié du ſecond ſont en grand nombre. Quatre ſeulement ſont importantes ; celles des vers 587 & 786 du premier Livre, & celles des vers 74 & 240 du ſecond. Les autres n'ont d'autre défaut que d'offrir des leçons différentes de celles qui ſont généralement admiſes, & que je n'ai ni dû ni voulu réformer. Un peu trop de précipitation, en tranſcrivant Manilius, avoit été la cauſe de ces erreurs. Comme elles ne nuiſoient ni au ſens ni à la meſure du vers, je ne m'en ſuis apperçu que fort tard, & je me ſuis appliqué dès-lors à les éviter. C'eſt probablement à cette même cauſe qu'il faut attribuer la plupart des variantes, des erreurs mêmes, que l'on trouve ſi fréquemment dans les divers manuſcrits des anciens Auteurs.

TOME I.

In Textu.

L. I. V.	262	corpore	*lege*	ſidere
	433	rivos		gyros
	471	certum eſt.		certum eſt ?
	503	Luſtravit		Luſtrarit
	569	cingit		ſtringit
	587	partibus		menſibus
	653	deflexo		devexo
	711	nobis		ad nos
	786	naturæ		mundi
	900	ipſo		illo
L. II. V.	56	loquor		loquar
	72	rurſuſque		rurſumque
	73	terram		terras
	74	ventus		pontus.

L. II. V.	208	rapidique	*lege*	rabidique
	240	Nunc		Nec
	381	memorantur		numerantur
	598	cognoſcere		dignoſcere
	714	refulſit.		refulſit,
L. III. V.	230	*Adde . in fine verſûs.*		

IN NOTIS.

L. I. V.	13	per ipſum	*lege*	per altum
	280. 281.			281. 282.
	448. 449.	templa		membra
	452	*dele* H		
	559	*dele prorſus hanc notam*		
L. II. V.	120	*mentis*		*menti*
L. III. V.	71	qui habent *momina*		qui habent *nomina*

DANS LA TRADUCTION.

Page 65, *ligne dern.* des quatre ſignes *liſez* de quatre ſignes.
67, 13, à le parcourir *liſez* à la parcourir
73, 4, elle eſt également inclinée *liſez* ils n'ont aucune inclinaiſon l'un vers l'autre
ibid. 20, parties égales, *ajoutez*, correſpondantes chacune à un nombre égal de mois.

TOME II.

IN NOTIS.

L. IV. V.	68	XVIII. 12.	*lege*	XVIII. 18.
	296	*lin.* 4, dixerunt		dixere
L. V. V.	242	Adjungit		Adjunget

DANS LA TRADUCTION.

Page 49, *note* (*a*), *ligne* 6, 620 *liſez* 420
167, *ligne* 17, *effacez* par

IN ARATÆIS.

V.	570	pendens	*lege*	pandens
	582	convolvit		conveſtit

EXTRAIT des Regiſtres de l'Académie Royale des Sciences.

Du 18 Août 1784.

NOUS, Commiſſaires nommés par l'Académie, avons examiné une traduction du Poëme aſtronomique de Manilius, par M. PINGRÉ, avec un grand nombre de notes & de corrections dans le texte. Dès 1777, M. Dreux du Radier, ancien Avocat au Parlement, avoit fait une traduction de cet Auteur ; il l'avoit envoyée à l'un de nous pour l'examiner, relativement à la partie aſtronomique, mais ce travail étoit long & difficile : M. Pingré voulut bien s'en charger, il fit un très-grand nombre de notes ſur cette traduction. Elles furent envoyées à l'Auteur qui avoit commencé à en faire uſage, mais dont la mort a laiſſé ce travail imparfait. M. Pingré, à qui l'on a remis la totalité des manuſcrits, a jugé avec raiſon qu'il lui ſeroit plus facile de recommencer la traduction que de la corriger de maniere à pouvoir ſe ſatisfaire complettement ; il a compulſé toutes les éditions & tous les manuſcrits de Manilius qu'il a pu raſſembler ; il a diſcuté toutes les variantes, éclairci toutes les difficultés que Scaliger & Bentley avoient laiſſées dans leurs éditions ; & comme perſonne n'a jamais réuni plus que M. Pingré la connoiſſance du grec & du latin avec celle de l'Aſtronomie & de l'Aſtrologie ancienne, perſonne auſſi n'étoit plus en état de porter cet Ouvrage à ſa perfection.

Un Auteur du ſiecle d'Auguſte, le ſeul qui n'eut jamais été traduit en françois, & dont le latin réuni à l'Aſtronomie, ne pouvoit être entendu par le plus grand nombre de ceux mêmes qui connoiſſent le mieux les anciens

Auteurs, méritoit bien la peine qu'a prise M. Pingré, & nous croyons que son Ouvrage est très-digne d'être approuvé par l'Académie, & imprimé sous son Privilége.

Fait à Paris, dans l'assemblée de l'Académie Royale des Sciences, le 18 Août 1784. *Signé*, DELALANDE & LEMONNIER.

Je certifie le présent Extrait conforme à son original & au jugement de l'Académie. A Paris, ce 9 Février 1786.

Signé, le Marquis DE CONDORCET.

De l'Imprimerie de CHARDON, rue de la Harpe.



